

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales,  
historici, physici, mathematici, denique ad politioem litteraturam  
pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam  
transscripti summo labore, cura, ac fide

**Plutarchus**

**Francoforti ad Mœn, M.D.LXXXII**

Annotationes interpretis

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-289](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-289)

# IN PLUTARCHI MORALIA, ANNOTATIONES interpretis.

IN LIB. DE LIBERIS EDVCANDIS.



VNC libellum contulicūm Francisci Fabricij vi-  
ri doctissimi atq; diligentissimi optima editione.  
quanto cum fructu, vel annotationes ostendent.

Obseruet Lector, priorē numero paginam, alte-  
ro versum notari.

2. 7. Regunculos.] Pro βασιλίδας βασιλίδια legi, ratio-  
nē Grammaticam Fabriciana editione cōprobante. Et quidem  
apud Plutarchū in initio Ageſilai, vbi eadē historia Doricē refer-  
tur, βασιλίδια legitur. Ego regunculos quā regulos malui  
vertere, quia reguli vox aliud quā regē pumilionē significat.  
Ibid. 35. Sanē beatus.] εὐδαίμων μὲ οὐδ' ἔχει θεοφιλὲς legit  
Fabricius: sed nostra lectio nihil videtur deterior, quæ etiam  
est in scripto codice Episcopiano nostro, & eodem recidit.

3. 8. Labore magno.] Fabricius legit τὸν, fidem codicis  
manuscripti secutus, quā & noster codex scriptus compro-  
bat lectionem, ad sensum nihil admodum interest: nisi quis me-  
cum cogitet, τὸν ratione sui etymī non admodum facere ad  
curuandum.

Ibid. 31. Cūm mores ipsi.] Fabricianus codex hec, vt &  
alibi, castigatior. Ego tamen legi, legendumq; autumo: καὶ γὰρ τὸ  
ἡθός, ἐθὸς ἢ τὸ πολὺ χεῖρον. quod monui propter eos, qui no-  
stra cum Græcis comparabunt.

5. 3. Instituenda bonis.] Sic ab initio verti. Sed sciolus  
propuericia (quod Horatius etiam vsurpauit,) puericia posue-  
rat, versu corrupto. Versus hic in Phocylideis hodie non exstat,  
vt & alius in libello de ratione audiendā adductus, aliq; alias.  
Est autem vitiatus, & fortasse sic recte legitur:

Παιδ' ἔτ' ἐόντα χεῖρον δὴ καλὰ διδασκόμεν' ἔργα.

5. 27. Pedamenta ] Sic verti τὰς χάρακας, non enim τὰς, sed τὰς legendum est. Quippe Eustatbius in primum Vlyssæ librum docet feminino genere vsurpandā vocem, cum pedamentum, id est palum significat, quo in solum defixo vitis nititur. & Iliad. Σ. citat prouerbialem versum,

Ἐξ ἡπάτηκεν ἡ χάραξ τὴν ἀμπελον.

Idemq; est apud Pollucem disertè præceptum. 1. 10. Fabricius quoq; τὰς legit in vetusto libro.

7. 37. Gorgia, nisi fallor. ] Extat locus apud Platonem in Gorgia, sed querit Polus. Stilponis dictū Simplicius, aut certè simile eius, refert in Categoriis, ad opposita priuatiuè. ὁπισάμαν ἕδεις φέρεται.

9. 31. Medium tenere. ] Hæc olim sic annotaueram. Si à voce μέσσω incipias, omnino esse videtur versus senarius. & metrum habet fortè trochaici pars octonarij. Hoc, vt putarem, fecit vox ἐμμελέσα, qua videbatur sita μελειώτερον, itaq; legit etiā Fabricius. Sed vbi scriptum codicem ( fuit enim ad me aliquāto post quā hęc scripsissem missus ) eum ergo vbi consului, ἐμμελέσε in eo exaratum vidi, ita quidem perspicuè, vt appareret correctoris manu librarij scripturam in extrema voce correctam: planeq; eam lectionem amplector.

11. 10. Colligere secundum. ] Locus videtur Fabricio non iniuria mutilus. In scripto vltima litera correctoris sunt, ac lacunula triū vel quatuor verborū capax. Ego relinquere suum cuiq; diuinādi acumen, quā mea inculcare satius duxi. Locus Platonis qui mox citatur, est in sine septimi de republica.

12. 13. Vt & cū exsultant. ] καὶ ψάδαν ποτὲ εὐφρανῶνται, ταῖς ὀπιπλήξουσιν ἐν αἰσχρῶν ποιείδου. Sic omnino verba hæc sunt distinguenda. Vbi, inquit, letitia sese efferent, increpationibus incutiendus ijs erit pudor. Fabricius aliam lectionem annotauit, quæ mihi tam bene atque hæc vix videtur cohesura καὶ ψάδαν σφοδρῶς ὀπιπλήξουσιν, ἐν αἰσχρῶν ποιείδου. Est & hæc in nostro scripto. Et legitur ποιικίλοισ superne anno-

annotato λως. Meam sententiam docti, puto, probabunt.

12. 24. Animo elanguescente deficiunt. ] οἷς ἀπαυ-  
δῶντες ἐκ πένθησι. male erat impressum ἐκ πένθησιν, itaq; sem-  
per iudicavi legendum vt correxi, ad stipulante Fabricio ex Co-  
dice veteri. ἐκ πένθειν vox est, quæ apud Platonem quoq; exci-  
dere instituto, deficere, & elanguescere significat. Et D. Paulus  
hoc sensu eam cap. 9. ad Rom. & 1. Cor. 13. vsurpauit, aliq; alias,  
noster frequenter.

13. 36. Euripidem. ] Stobæus sermon. 19. citat ex Euripidis  
Protesilao.

14. 33. Imitari sectariq; ] μιμῆσαι καὶ περικυβεῖν. Sanè  
quid κυβεῖν sit, non ignoro: quid περὶ faciat sic satis video. quid  
autem hec possit significare περικυβεῖν dicit qui nouit. Suf-  
fridus vertit imitari atq; discernere. Fabricius noster, circum-  
rodere. ego quid horum sit περικυβεῖν, aut quid huc quadret nō  
video. suspicor legendum περικυβεῖν, vestigia sectari. In nar-  
ratione de Antigono & Theocrito, inest mendum. vide β. συμ-  
ποσιακῶν. cap. 1. & Macrobiū 7. Saturnal. 3.

16. 30. Magistrorum aliquando institutioni. Lego  
hec παρ' ἀγωγῶν ἀνκυσία, sicut emendat Fabricius. legeba-  
tur enim παραγωγῆς, quæ tamen ipsa quoq; vt cunq; lectio vi-  
detur stare posse, vt παραγωγὴ sit dehortatio à vitio siue de-  
ductio, quam tamen adulescentes auerferunt. In scripto legitur  
παραγωγῶν, & super παρα est ὄρος rubrica annotatum. Vn-  
de Fabriciana lectio inuari potest, quam secutus sum.

18. 7. Nuptas prostituant. ] legebatur ἀεσθηόρδρα  
quod retineri non incommode poterat quidā (inquit) adulterū,  
scortum pro sua ipsius vxore ( scilicet qui huc vsq; gratificatus  
vellet videri, vt ei etiam suæ vxoris copiam faceret) deducit.  
Sed Fabricius & noster scriptus habent ἀεσθηόρδρα: quod  
amplexus sum. talis fuit abbas, qui suam vxorem Mæcena-  
ti prostituit, vt noster in Erotico ostendit. in fine libri Eurydices  
Epigrammate εἰσοῖσιν legit Fabricius: Ego cum scripto εἰσοῖσιν,  
qui

qui à voce μῦθος versum inchoat, vt sententia sit, desiderium suum Musis fuisse bene cognitum.

## IN LIBELLVM DE AVDIENDIS

Poetis.

**Q**Via nuper hunc libellum & conuertimus in sermonem Latinū, & qua visum fuit, annotauimus: ad eam editio- nē in praesentia Lectorem remitto, inueniet & locorū quorundam explicationem, & citatorum ē Poeta indicationem, & emendationis nostrae rationem redditam.

20. 6. M. Sedate. ] Luscinius, qui olim hunc libellum in Latinam traduxit linguam, Sedape habet. vt videatur Σήδωπε legisse. Verū ego Aldino codice vsum eum, neq; instructum magis quā me puto fuisse manu exaratis codicibus sed profecto in manuscripto nostro Σήδωπε luculenter legitur.

Ibid. 12. Serio dicta. ] pro ἄϊδω quod in meis annotationibus ostenderam mihi dissilicere, λέγει scriptus liber perspicuē habet: idq; sequor.

Ibid. 33. Subiit in praesentia. ] Hunc locum pridem non iniuria mutilum esse suspicatus fueram. Sic autem legendū est πρῶτον ἐπὶ ἡλθε, νῦν αἴετος σε γέγραμμένα πέμψαι διενόησω. καὶ λαβὼν ταῦτα διελθε, καὶ ἔ. c. integratio haec codici scripto nostro debetur. idem πῶτος rectē habet.

21. 35. Atq; admisceamus. ] χαλαμίζομεν semper duxi legendū esse, non χαλαμίζομεν, in quod haec vox incuria librariorum erat deslexa. Codex scriptus veram retinuit lectionem.

23. 1. Lynce versipellior. ] Ad marginem reperi notatum pro λυγρός legi σφιγγός, quod sanē est planius.

25. 36. Eteam imitari pulchrē. ] Legendum est ex fide scripti & sententia dictante. ὃ γὰρ ὄτι ταῦτό καλόν τι, καὶ μιμηταὶ καλῶς.

34. 31. Succensebat enim. ] Ζεὺς γὰρ οἱ νεμέσσει. ita versus requirit ratio Aristotelis etiam (quod in prioribus annotationibus memoria mihi non suggererat) hunc versum citat lib.

r betor.

ibetor. ad Theod. secundo. ubi tamen  $\nu\epsilon\mu\epsilon\sigma\ \nu\omicron\sigma\epsilon$  legitur. Sed & infra versus de Phœnice citantur, quorum etiam in libro de discrimine amici & adulatoris meminist. qui hodie defunt post Iliad. 1, 457.

41. 5. Quouis verbo percellitur. ] In Græco  $\omicron\iota\lambda\epsilon\iota\ \tau\epsilon\text{-}\tau\omicron\iota\eta\delta\omega$ . Annot. mi me legere  $\epsilon\pi\omicron\iota\eta\delta\omega$ . In libello (vt hoc addam)  $\tau\epsilon\epsilon\iota\ \tau\omicron\ \alpha\chi\omicron\upsilon\epsilon\iota\tau$ , dictum hoc ad Heraclitum autorem refertur, & pro  $\tau\epsilon\text{-}\tau\omicron\iota\eta\delta\omega$  legitur non minus absurde,  $\tau\epsilon\text{-}\tau\omicron\iota\delta\epsilon\upsilon\epsilon\text{-}\delta\omega$ . Ego in mea sententia persisto, quod vsu vocabul. eam video confirmari. Sic enim Plutar. bus infra de virtute muliebri, de Eryxone cōcubium Laarcho. sed simulatè offerente.  $\kappa\omega\ \omicron\iota\upsilon\ \tau\alpha\upsilon\text{-}\tau\alpha\ \tau\epsilon\omicron\sigma\ \eta\delta\omicron\iota\ \kappa\omega\ \tau\omicron\ \Delta\alpha\delta\epsilon\ \rho\chi\omicron\ \kappa\omega\ \tau\alpha\upsilon\lambda\alpha\ \tau\alpha\sigma\iota\upsilon\ \alpha\upsilon\alpha\pi\omicron\eta\delta\epsilon\iota\varsigma\ \tau\epsilon\omicron\sigma\ \tau\omega\ \epsilon\iota\lambda\omicron\phi\omicron\sigma\omicron\upsilon\ \tau\omega$ . possem etiam asserre plura, nisi & rem satis manifestam cogitarem, & alibi etiam aliquid annotassent huc pertinens. Hac allato codice manuscripto delere nolui: inueni tamen in eo super illam mendosam vocem à correctore adscriptum  $\epsilon\pi\omicron\iota\eta\delta\omega$ . &  $\tau\epsilon\omicron\sigma\ \tau\eta\kappa\epsilon\iota\ \mu\omicron\iota$  scriptum, quod monueram mihi probari, non p̄h.

49. 10. Hac illac transigi. ]  $\mu\epsilon\tau\omicron\iota\kappa\iota\zeta\mu\epsilon\upsilon\ \&$  in hac ego lectione desidero, nihil tamen cūm codicem scriptū conferrem, in eo ad marginem obseruari appositam aliam scripturam  $\mu\alpha\text{-}\iota\omicron\lambda\alpha\zeta\mu\epsilon\upsilon\ \&$ , quod annotatu dignum duxi.

53. 17. Qui nascitur. ] Hos versus aliter verit Tullius sub finem primæ Tusculanæ, & ex Euripidea Cresshonte docet sumptos. Exstant & apud Stobæum sermone eod. Porro annotationes in libellum de Homero exstant scōrsim excusa, vt nihil attineat eas huc interpolare. Itaq, satis erit quedam delibasse: dum illas locupletiores & castigatiores damus.

56. 4. Non carens grauitate. ]  $\alpha\sigma\epsilon\mu\epsilon\upsilon\varsigma$  legitur in omnibus impresis. quod nemo crederet verum esse. scriptus habet  $\alpha\sigma\epsilon\mu\upsilon\varsigma$ . lego itaq,  $\alpha\sigma\epsilon\mu\upsilon\varsigma$ .

58. 36. Quod non semper. ] Sic semper putauit legendum,  $\epsilon\pi\ \&\ \alpha\epsilon\iota$ . itaq, expressam est in scripto.

## IN LIB. DE RATIONE AUDIENDI.

130. 31. Simul & optimam.] τὸ χρεστότατον. id quod inferre Plutarchus, satis ostendit deesse aliquid: ut si scriptum fuisset τὸ χρεστότατον τε καὶ βλαβερότατον, aut aliquid tale. In conuivio septem sapientum non longè ab initio hoc ipsum narratur, τὸ πονηρότατον ἐξελόντα καὶ χρεστότατον ἀποπέμψαι. Memoria proditum est Aesopum idem de lingua iudicium tulisse. nam & cū optimas & cum pessimas carnes iussus ab hero emeret, linguas emisit: Post scripta hac inueni in scripto codice ὁμῶς καὶ φανλότατον. Et ἐκπέμψαι, non ἀποπέμψαι.

131. 8. Naturam componat.] καταρθεῖν τῶν φύσιν. Verbum hoc quin sit mendosum, minime dubito. Luscinus interpret: totum habitum immutet. nescio sanè quos codices, aut potius quas coniecturas secutus. Sed quàm tutum mihi fuerit eum sequi, iudicabunt Græcorum cum Latinis conferendorum periti. Credo καταρθεῖν scriptum fuisse ab auctore. nisi (inquit meo iudicio) purgetur anima ipsius. translatione minime incommoda. post inueni scriptum habere καταρθὸν quod indico. quòd ex v fieri potuit solertia librarij oi. vox quidem ea satis quadrat.

134. 22. Quavis oratione percelli.] Vox à sensu & insituito alienissima hic erat παιδεύεσθαι. suprà ostendi, cur ita, uti ego verti, sit legendum, ἐπισηθεῖν.

135. 33. Mel meditantés flauum.] ξανθὸν μέλι μινδόμενα. Carmen est Simonidis. quod nescio an casu potius quàm industria etiam metricè extulit Luscinus. flauum mel conficientes. esse autem Simonidis carmen. didici ex Plutarchi libello de sentiendo profectu ad virtutē. Ceterum in scripto annotatum est προδρανοῖσιν in hac ipsa periodo ἐπισηθεῖν. & paulo post προδρασιναῖ, δραματικὰ legi. quæ profectò sunt meliora & magis huc quadrantia vocabula. ideo ea in vertendo sum amplexus. aliquanto post ἀντίδολον ποιεῖν, malim legere ποιῆν.

137. 19. De infiniti sectione.] Περὶ τῆς τῶν ἀείνων τομῆς.

Injuncte

Ingiunt (ait interpres) vel optimo cuiq; orationis membro  
questionem hanc, &c. Hoc an sit ἀείρων τομὴ, aut cur ita vi-  
sum interpreti, non assequor. ipse non verear legere, τῶν ἀεί-  
ρων τομῆς, ut ἀείρων sit τὸ ἀέρον. nam facultas continui de-  
inceps diuidendi nunquam re ipsa completur. quod ex Aristo-  
tele notum est. γ. φυσικῶν. & 8. primæ Philosophiæ. Itaq; ἀεί-  
ρων τομὴ erit continui infinita sectio. Quid quod scriptum de-  
prehendi habere ἀείρων De Vlysse autē locus est Odys. ε. 222.  
Sed Melanthij sunt verba, non procorum. ἐμπυον autem non  
est proprium nomen, sed cum qui purē in pectore nato peri-  
clitetur designat. & idem refertur proximē sequente libello,  
prope finem. Paulo post ἑπιπράξην pro ἐπιτάξην sensus docuit le-  
gere. sed ita habet etiam scriptus.

137. 36. Nutus, & vultu. ] καὶ νᾶμα hoc quid sit. lego νᾶ-  
μα. ad stipulatur scriptus, in quo etiam πένεται & δίκουσι  
rectius legitur, quam in impressis mutilo sensu participia ne-  
scio an pro ἀποείας non sit ponendum ἀπειείας. sed tolerabilis  
mouere nolui.

139. 37. Inter echinopodas velut. ] ὡς ἀν' ἐχινόποδας.  
Apud Athenæum extat libro tertio, δεῖπνοσοφιστῶν versus in-  
teger:



Ὡς ἀν' ἐχινόποδας, ἢ ἀνὰ τρηχέων ὀνάνιν.

Ἡρόδωτα poeta, quicūq; is fuit, libuit prima producta ponere.  
qui patrocinio ipsius Aristotelis vti potest, ita scribentis libro sa-  
pientia 5. cap. 4. φύσις δὲ λέγειται ἕνα μὲν πρόπον ἢ τῶν φυσικῶ-  
νων γένεσις. οἷον εἴπῃ ἐπιπράξην λέγοι τὸ ὕ. Habes ergo & u longum;  
pentametrum. Atq; ita hoc distichon etiam refertur in libello  
de fraterno amore, & in symposiacis. lib. 1. quest. 4. hic in scri-  
pto erat ὀδδν absque ira, sed in margine ὀνάνιν illitum. Infra  
in libello de fraterno amore in textu est ὀνάνιν, vitiosa lectio  
in margine. Sed & sequens periodus est manca, quanquam  
satis interim perspicua. fortassis apud παραχρῆν deest δόνειλο,  
aut



Plato e-  
médatur.

aut aliquid tale. scriptū σχοι in margine ut fiat παρόχοι. Ido-  
cus Platonis est quinto de rep. pagina penultim. ubi pro μελι-  
χλόρης male legitur μελαγχλόρης. In libello de amici & adu-  
latoris discrimine (41. b) μελιχρες legitur. Mox pro αὐτὸς legi  
αὐτῶ, scriptum secutus, & rationem indidem ἀπαγγελίαν pro  
ἐπαγγελίαν amplexus sum, cum pagina huius priorae parte ἀ-  
παγγελία pro elocutione esset etiam posita.

140. 28. Sessio autem non insoles. ] Καθ' ἑδρα ἀτιφ.   
Scriptus annotat in margine ἀθρυπ. , quod significat molli-  
ciei expertem sessionem, & magis videtur concinnum.

143. 6. Initiatum. ] Καλυρμένους legi, ex scripto. καλειρ-  
μένους enim non perinde quadrat & πῶς τὰς μαθήσεις men-  
dosum est. πρῶται scriptus habet perspicue. Legi etiam φοβη-  
θέντα τὰς ἀρχὰς articulo ex scripto reposito, & singulari ob  
περιώμενον posito.

143. 30. Philosophia excidit. ] Εὐπεσόβια δι' ἀνανδρίαν.  
Lego ἐκπεσόβια. qui deterritus laboribus prius philosophia ex-  
cidit studio conatū, eius assequende quam vllum dignum to-  
leratarum arummarū tulerit fructum. idem mendum notavi-  
mus in πείδων ἀγωγῆ. Sed hic etiā scriptus nobis suffragatur.

145. 18. Recte audire. ] In Græco est, ἀρχὴ τῆ καλῶς βιω-  
σαι τὸ καλῶς ἀκούσαι νομίζοντες. & scio sensu nō inepto ita le-  
gi posse. nempe initium recte viuendi esse, ut male si audias. id  
est reprehendere merito tuo, id aquo animo seras. Sed ego id  
huc quadrare non puto. Et καλῶς ἀκούσαι scripsisse Plutarchū  
iudico, ut qui libelli summam vsung, in sine repeteret. Initium  
recte viuendi vult (opinor) esse, ut recte ac nostra cum vilitate  
audiamus eos. qui ad vitam formandā nos doctrina instituant.  
καλῶς ἀκούειν fol. 33. vlt. hoc. ipso libello ita dicitur, vt est apud  
Latinos male audire. sed aliud profectō est male audire, quā  
iustas reprehensiones aquo animo ferre. Quid multis? Hic quoq;  
meam sententiam scriptus liber contra vllam obscuritatem con-  
firmat. vnde & ἔν inferi potest post εἰ δεῖ.

IN LIBELLVM DE DISCRIMI-  
ne adulatoris & amici.

Initio. Philopappus amantem aui significat. Sed esse cognomentum ex eo liquet, quod infra seorsum repetitur. Itemq; in cap. vltimo libri primi Symposiacor. Platonis locus est quinto de Legibus, & quod de veritate citatur paulo antecedit, in prima eius libri pagina.

147. 11. Vt Euenus. ] Sic & pagina vltima Platonica-  
rum questionum. In salubribus preceptis Prodicus adscribitur, sed talia occurrunt multa.

Ibid. 37. Verba eorum referunt. ] Sic interpretor verba ἀνομιέως ὅς τις εἶπε. Vt ille Terentianus, Quidquid dicunt, laudo, &c. notus est enim locus. Mox versu 36. Vmbra meritur cœnæ. ] Sic & Erasmus. Locus est obscurus vt cunque. sed probabile est parasitos vt in tēpore ad prandia occurrerent, dimetiendis vmbra eorum horas & articulos exquisiuisse: quomodo nunc horologia obseruantur.

148. 34. Difficulus deprehenditur. ] Sanè impressi habent δυσχώρας ἔστι. Sed neutiquam pretereunda est alia lectio, annotata in scripti libri margine, δυσφώρας. qua mihi concinnior etiam atque recepta videtur.

152. 5. Non impetus. ] Impetuum melius legeretur, & minus etiam ambiguit.

154. 26. Aut polium. ] Versus est Nicandri Theriacis. 64.

155. 20. Cùm rex Charilaus. ] Χαείλλου. χαείλου forte, vt in Lycurgo. vide qua ibi annotaui. Sic infra etiam ἀπὸ φθέρων. 139. In Laconicis 161. legitur χαείλαν, quarto casu.

157. 11. Suilla cute crassa. ] φορβίαν παχέαν. quid sit φορβία, nolo hic disputare. satis & hinc & ex libello de cohibenda ira liquet, capistrum esse quo vterentur qui fistula canerent. Marfya inuentum ibi ex poeta quodam dicitur. φορβίαν Eusta-

ihus & alij ferè scribunt. Sed quadret sanè. Scriptus non hoc sed ποσειδωνο habet, quæ vox cutem suis significat, cui Σάνω haurit Iudicent docti an non optime in hebetem ac rudem competat: & vitram malint lectionem sequi. in margine habetur φορβέαν, quæ vox est etiam paulò antiè. & profectò quidvis potius quàm insulam significat, quam huc interpret iniefferat. quid autem sit de Cyprio illo, & ἐπιθάμεν, mihi sanè non est euidens. Idem liber βίαντι habet in margine quidem, in textu μίπρωφω. Amplius.

Ibid. 39. Mediocre[m] in ciuitate.] Τὰ μέσα φάγουσι τῶν πόλεων, hoc secutus sum, quanquam πολεμίον scriptus noster haberet. Notus est versiculus & arrogantiam & ignauitiam, ac tam summa cum odio, quàm infima cum abiectiōne coniuncta vituperans. Πάντα μέσοις ἄεττα, μέτρω δέλω ἐν πόλει εἶναι.

158. 14. Quòd si quis.] Ἀν δὴ τις lego, ex sententia.

Ibid. 34. Propones.] ἐπιτάτλοντα legi, ac ita est in scripto nostro, perspicuè verum. nam ἐπιτάτλον τὰς vitiosum est, ipsiq; Erasmo impo suerat. Quod postea de Megalyzo refert, vt & in libello de Animi tranquillitate, Plinius 35.10. ad ipsum Alexandrum Magnum refert.

161. 25. Atrociaq; supplicia exercentem.] τὴν πονηρίαν ἔχοντα. De priore annotauimus ad Dionem Plutarchi aliquid. Posterius mihi suspectum est mendii. in scripto est τελοῦντα. Erasmus vertit, Vectigalibus oneranti populum.

163. 17. Ne Biantis quidem.] Alij alijs, noster sub initium coniunxit septem sapientum Thaleti tribuit.

164. 12. Tamen in minoribus.] Habent nostri λοιπὰ λαβλῶ. Scriptus μικρὰ, quod magis placuit.

165. 40. Non probos.] τῆ σὴ πονηρὸς. Sic legitur etiam apud Stobæum λέγω ἰδ. adducentem hæc ex Erechibeo Euripida. pro τῆ σὴ legi σιγῆ, est in margine libri manuscripti annotatum, quod nescire harum rerum diligentes nolui. nam quod

quod ibidem pro ἀφοσιούν) monemur alibi legi ἐξελάνθη, non mouet me, & probabile est esse γλώσσημα.

166. 37. Publici contra ius non scriptum delicti.] ἀπαγγελίας. sic & scriptus cum apostropho ad praepositionem. Vox mihi est ignota, & pro simplici ἀγγελία accipio: de qua vide Harpocratonem, Suidam ac Pollucem cap. 1. lib. 8.

167. 36. Aut si non persuadeat.] ἀν' ἢ μὴ παύθη, lego. παύθη scribitur: sed mendosè. Erasmus vertit: Si non patietur ille. Verùm Græci sic non loquuntur. Sed meam correctionem à iudicio profectam, scriptus liber inspectus certam reddidit. Idem (vt obiter studiosos iuuen.) senarium peruertit, cuius sententia est. Verum amicum socium se sanis amici consilijs atque institutis præbere, non vitiosis item.

168. 1. Vt enim aliquando conscij.] In Græco impressum est, ἐδὲ γὰρ τῷ σωφιδένω. Scriptus habet, ἐδὲ γὰρ τὸ. Ego sensum sectatus sum, & legi, ἐδὲ γὰρ πρὸς τῷ σω.

169. 11. Excitante.] \* κρυφίῳ δὲ λόγῳ. Locus mihi videtur esse mutilatus.

170. 33. Parum ingenium est.] ὄσπερ ἀπελεύθερον. hanc lectionem secutus Erasmus, nescio quem libertinum comicum excogitauit. in scripto est ὑπελεύθερον, & superne notatum ἀπελεύθερον, quod in verrendo secutus sum. Notum est quomodo vetus comædia Libertatem dignos publicè notandi in licentiam maledicentiæ detorserit. de qua re hîc commentari non vacat. Vide Horatium in epistola ad Augustum, & de arte Poetica ad Pisones, atque alibi, ne alios huc citem. Quid Erasmus sedutus sit quod κήρας incrustationem tectoriã vertit, aut quid legerit, non sum sollicitus. Græca enim plana sunt.

173. 2. Malè etiam Antiphon.] Oratorem intellige Atheniensem, cuius vitam Plutarchus scribens, hanc historians recitat.

Ibid. 30. Funem molestarum soluit curarum.] λόντι τὸ τῶν δυσφόρων χοινίων κ' μετεμῶν. Dubium non erat mihi,

quin legendum esset  $\alpha\omicron\upsilon\upsilon\iota\omega\upsilon\ \mu\upsilon\epsilon\mu\upsilon\omega\upsilon\upsilon$ , & sic postea in scripto reperi. Est autem vinum amara curarum eluere efficax, Flacco 4. Od. 12. Sed utrum Lydius Deus  $\lambda\upsilon\delta\iota\theta$ , an potius  $\lambda\upsilon\sigma\iota\theta$  scriberendum sit, ut est apud alios, & infra in septem sapientum conuiuio, nescio. certè etymo verba videntur quadrare, & codex ad stipulatur. Pausanias in Bœoticis aliam adfert causam, cur Bacchus Lydius dicatur, quam omitto. Scriptus codex meæ lectioni cum subscriberet, eam tenui, vitiosa omissa. Idem hic quidem  $\lambda\iota\delta\iota\theta$  habet.

175. 27. Platonis ad Dionem. ] Exstat hoc in quarta Platonis epistola.

178. 14. Corrigere Speusippum. ]  $\tau\theta\ \beta\iota\theta\ \tau\omicron\upsilon\upsilon\ \Sigma\omega\epsilon\iota\sigma\iota\omega\pi\omicron\upsilon\upsilon$ . Sic emendandum erat è scripto. In Homericò  $\upsilon\delta\prime\ \epsilon\upsilon\delta\epsilon\varsigma$  reposui ex ipso autore, multo quàm  $\upsilon\delta\epsilon\upsilon\delta\epsilon\varsigma$  sit  $\epsilon\mu\phi\alpha\pi\kappa\acute{\omega}\tau\epsilon\rho\omicron\upsilon$ . Iliad. 9. 234. Scriptus quoque rectè habet. Erasmus locum peruertit. De Phœnicis consilio, vide que annotaui ad lib. de Audiendis poetis.

179. 32. Vlysses in Scyriis. ]  $\text{Καὶ ὁ ἐν τοῖς Σκυρίοις Ὀδυσσεὺς}$ . Erasmus vix scio quid secutus, vertit, In tragœdia, cui titulus Domini, legit nimirum  $\kappa\upsilon\epsilon\iota\omicron\iota\varsigma$ , litera  $\Sigma$ . neglecta. Ceterum ita notum est delituisse Scyri inter regias puellas Achillem detrectatione belli Iliaci, ut mirer id Erasmo in mētem venire vel primo intuitu huius loci non potuisse, si quidem ipsius codex habuit  $\kappa\upsilon\epsilon\iota\omicron\iota\varsigma$ , presertim cum in libello de Audiendis poetis etiam hi ipsi versus ponantur, in Scyro desidentis Achillis nominatim facta mentione. Vbi tamen pro  $\kappa\upsilon\lambda\epsilon\upsilon\chi\acute{\omega}\nu\omicron\upsilon$  legitur  $\alpha\pi\omicron\sigma\theta\epsilon\upsilon\upsilon\varsigma$ : Ut ex tēpore citandis dictis fiducia memoria aliquando docti in syllabis errant.  $\alpha\pi\omicron\sigma\theta\epsilon\upsilon\upsilon\varsigma$  quidem est  $\epsilon\mu\phi\alpha\lambda\iota\kappa\acute{\omega}\tau\epsilon\rho\omicron\upsilon$ , & ut puto genuinum eius loci. Qui autem hic Scyrj citantur à Plutarcho, tragœdia Euripidis, memini eam alicubi apud Stobœum citari  $\Sigma\kappa\upsilon\rho\omicron\upsilon\varsigma$ . Idè Erasmus supra Charjjs nomen proprium secerat, cum sit  $\chi\alpha\epsilon\iota\varsigma$  vox adiectiua notissima. Sed &  $\mu\upsilon\eta\mu\omicron\nu\iota\kappa\omicron\upsilon\upsilon\ \acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\rho\tau\eta\mu\alpha$  hic nota. Non enim Agamemno,

memmo, sed Minerua Diomedis Tydeum patrem exprobrat ver-  
su qui hic citatur. Ex Illia. l. 800. Sed Agamemmo in eadem eum  
sententiam increpat in ἐπιτολήσι, Iliad. d. 372. 399. mox in  
sententia Thucydidis pro ἐπιμεγίστους legi ἐπιμεγίστους, ra-  
tione perspicua. Ad stipulatur Scriptus.

182: 4. In puniendis autem delictis. ] ἐπιθεῖς κολλή-  
σσι. Hoc vocabulum Græcum non est. κολλήσσι tamen legere  
malui, quàm κολύβησι, quod videtur incidisse Erasino, qui co-  
hibendis peccatis verit. certè prior pars, in qua τὸ ἀεδῆτεδαι  
est, κολύβησι habet. hic reprehensio requiritur, non tamen dissi-  
mulabo, κολύβησι me postmodo in scripto reperisse, sicut &  
id, quod coniectura ductus posueram sub libri finem κατήνυ-  
σεν ab verbo αἰονῶ. nam κατήνυσεν nihil credo significat, in  
hac quidem lingua.

### IN LIBELLVM, QVOMODO QVIS se ad virtutem proficere sentiat.

**P** Rincipium videbatur non integrū, & Luscinius pro ἐπι-  
δελία legisse ἢ μεδελίαν, alio etiam priore ἢ posito. Certè  
nominatiuus nullus, neque nomen aderat, qui cum σώσει cohe-  
reret: & interrogatiuè prima perodus legēda videbatur, Quid  
ita? quia nebulas nobis offuderat corrector, à particula Οἱ li-  
brum auspicatus, cum & in Aldimo, & in scripto (virunque au-  
tem eodem accepi tempore.) his rectè legatur. Obiter monen-  
dū duxi, ἐπεὶ τὸ ἐπι, de qua hec agitur, à Tullio progressionem  
ad virtutem appellari. Sic enim ad Varronem in Academicis  
scribit: In qua quod inchoatum est, neque perfectum, progressio  
quedam ad virtutem appellatur. Medio ergo loco inter bonita-  
tem nature est & virtutem, ut apud nostrum rectè dicitur 2.  
Sympos. 3. Ipsum verbum ἐπιδελίαν verbo procedere exprime-  
re voluisse idem Cicero videtur lib. 3. de Fimibus: Qui processit  
aliquantulum ad virtutis aditum, nibilo minus in miseria est,  
quam ille qui nihil processit. à Sto. corum sententia.

183. 16. Non enim aliquis sapiens.] Menda huius loci sententiam obscurauerant. Legendum est, ἢ γὰρ ἐν ἀραγεῖς, & c. μεταβάλοι αἱ. Qua lectio scripti codicis praesidio munitur, & quam res ipsa confirmat. Nam disputatio est contra Stoicos, medium inter perfectam stultitiam & absolutam sapientiam nullam relinquentes, sic satis confusa.

184. 1. Applicandus.] ᾠδὴς εἰς ἄδμῳ Octonarius Trochaicus, nisi si ᾠδὴς εἰς ἄδμῳ senarij iambici finis est, reliqua integer Senarius, quod non puto. Prouerbum est scitissima sententiae.

184. 2+. Qui è profundo attolluntur.] ὁ ᾠδὴς ἐν ἰσοθῶν. Luscinius: Haud aliter atque si liquoris aliquid decedat è dolio. Videtur legisse πῆθον, nescio quos secutus codices, aut quas rationes (tamen si quam miserè is hunc librum venterit, non est cuiquam volenti iudicare obscurum) certè nostrum malo, habet q̄ ita etiam scriptus. Qui subito ex profundo attolluntur, vt sit in fluctibus marinis, ij morā motus supputare non possunt, & quod ἀραφερομένους pro ἀραφερομένους legimus, idem approbat. Idem ἐπινοῶντες, nos optatum accepimus. & paulo antè ad ἐπινοῶντες annotat legi ᾠδὴς ἐν ἰσοθῶν. Locus est valde concisus. In Oraculo Cirraeorum πολεμῆν pro πολεμῆν ex scripto, & in comparatione calami. ἐκλεῖν ex eodem recepti quod deerat. & γίγεται pro γέλει idem. Videtur autem alludere ad poeticum aliquod dictum.

188. 29. Sophocles aiebat.] Hunc locum facillè nunc emendo, cum quidè vellem etiam in pluribus idem à me fieri vel per occupationes, vel tam iustis de causis posse. Sic ergo legi volo: Sophocles aiebat, se primum animi ludij, gratia grandiloquentiam Aeschylj imitatum: deinde eius in apparatu condensationem atq; artificij industriam: tertio demum nunc loco ad id dictionis genus se transfuisse, quod ad formandos mores aptissimum, eiq; de causa esset optimum. pro πῆθον autem legi πῆθον iam pridem, itaque etiam habet scriptus.

189. 23. Tacet iectus.] ὁ πῆθον ληθῶς. suprà de aud. poet. è

ληθῶς

πληγῆς, ictus. alibi autem docui in Plutarcho perieris esse media quæ passivè, & cōtra passiva quæ activè significent, ἀεδοπηχὸς, σέσσωπε cum πλεπληγῆς cōveniunt. itaq; nihil muto, cum hic ipse locus eum canonem confirmet. & idem docent cum alij Græci Grammatici, tum Eustathius, Iliad. γ. 497.

102. 8. Lingua iam torpet.] Sapphicum versum emendavi ex Oda ipsa, ut extat apud Dionysium πειρὶ ὑπερ.

194. 3. Aquarum proventum.] Scripsi haud dubiè aquarum, ἀφῶν. Sed forte librarius quid rei apud esse ignorans, q. pro p. mihi excidisse putavit. Hoc annoto, ut æquanimitatis & aduersum me, & erga librarios adhibenda lectorem diligentem commonefaciam. in fine libelli Periodus erat manca, & legendum οἰόμεθα putabam, quod inde in scripti margine inuentum, secutus teneo. Polycleti dictum hoc etiam lib. 2. c. 3. Symposiacion refertur.

## IN LIB. DE CAPIENDA EX

inimicis vtilitate.

**I**nitio libri ἀρεῆς mihi valde suspectum est. Nā & vox est poetica. Et si administranda repub. abstinuit Pulcher, cur dicit eum publice prodesse in isto vita statu, cur versanti in rep. ait de inimicis commentandum? Itaque in versione illud ἀρεῆς secutus non sum. Πύλαρχε Græco more scriptus habet.

200. 36. Vtilitatis.] εὐχρηστίας, sic omnino scriptus. nam εὐχρηστία hoc quidem loco est canis in balneo.

202. 29. Proprium ei.] ἰδιον αὐτῷ cur non legas, id quod sententia loci dicitur, potius quàm ἐαυτῷ? non enim profectò matricidium Adrasto, sed Alcmaoni imputatur Eriphyles cedæ matris. res notissima legentibus poetæ & eorum interpretes, idemq; est in libro de Audiendis poetis. κρῆσων porro scribi debere pro Crasso, notissimū. vrrabiq; ad stipulatur scriptus liber: in quo etiam est ἕν ἐδάκρυτος. cum ἕν deesset, isq; defectus totum locū vitaret, nisi fortassis marito in vxoris funere flere



vitio dari potuit. Tum  $\omega\sigma\phi\acute{\epsilon}\rho\omega\iota$  ibidem est,  $\omega\sigma\phi\acute{\epsilon}\rho\omega\iota$  sermo  
 Grecus respuit hoc loco.  $\omega\sigma\phi\acute{\epsilon}\rho\omega\iota$  contra aptissimum est. v-  
 tuntur & alij, & ipse Homerus Iliad. 6. 251.  $\chi\alpha\iota\ \sigma\phi\iota\upsilon\ \delta\upsilon\ \epsilon\iota\delta\epsilon\alpha\ \tau\epsilon\ \omega\sigma\phi\acute{\epsilon}\rho\omega\iota\varsigma$ .

203. 3. Sed non minus utilitatis.]  $\epsilon\kappa\ \epsilon\lambda\acute{\alpha}\tau\lambda\omega\ \delta\iota\ \epsilon\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\iota$ . le-  
 git  $\epsilon\kappa\ \epsilon\lambda\acute{\alpha}\tau\lambda\omega\ \delta\iota\ \epsilon\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\iota$  Erasimus, vt mihi quoque non primo sic  
 legendum videatur, & sic est in scripto rubrica supernè anno-  
 tatum: vbi &  $\chi\alpha\iota\ \omega\iota\omega\ \pi\acute{\alpha}\rho\alpha\ \chi\alpha\iota\ \omega\iota\omega\ \alpha\lambda\lambda\iota\tau\acute{\iota}\mu$  similiter super  $\chi\alpha\iota\ \omega\iota\omega\ \alpha\lambda\lambda\iota\tau\acute{\iota}\mu$   
 Paulò post quod Antistheni dictum adscribitur, ad finem  
 libelli de adulatore. & in libello  $\omega\pi\epsilon\iota\ \omega\sigma\kappa\omega\ \pi\acute{\alpha}\tau\epsilon\varsigma$  adscribitur Dio  
 geni, Cynico & ipsi.

Ibid. 15. Iasonem Theffalum.]  $\delta\epsilon\omega\sigma\alpha\lambda\delta\upsilon\ \text{Προμηθεΐα}$   
 Prometheus hunc à Plutarcho dici vix credo. cum & alij, &  
 Cicero 3. de Natura deorum Iasonem vocent Pheraum.

204. 14. Erudiere.] lege, Ademptis erudiuerunt.

205. 19. Quam in amicitiiis.]  $\text{Μᾶλλον ἢ ἐν ταῖς, ἢ de}$   
 meo inserui. Quis enim non videt defuisse? certè maioris est a-  
 nimi inimico, quàm amico benefacere.

#### IN LIB. DE MVLTITVDINE amicorum.

**P**incipium libelli sumptum est è Platonis dialogo, qui no-  
 men habet à Menone illo ipso. Quod de amici vmbra sub ini-  
 tium è Menandro dicitur, plenius in libello de fratrum amore  
 citatur. Empedoclea & quæ poeta citantur de Ophelta, non  
 eram nescius, metrica esse. Sed hæc prosa oratione malui vti.

209. 24. Pythiam.]  $\phi\upsilon\tau\acute{\iota}\alpha\varsigma$ . Pythias hic vocatur à Cicerone  
 (summo codicum consensu.) lib. de Officijs tertio. quo loco isto-  
 rum amicitia vsus exponitur. tamen in impressis, & in scri-  
 pto etiam  $\phi\upsilon\tau\acute{\iota}\alpha\varsigma$  est, quod nolui dissimulare. Caterum Lusci-  
 nius superius  $\upsilon\ \psi\iota\ \pi\acute{\alpha}\lambda\lambda\iota\varsigma\ \tau\epsilon\ \rho\acute{\omicron}\phi\iota\mu\omega\iota\upsilon$  verterat puellam, perineptè  
 vt plurima alia cum ex poeta aliquo hæc Plutarchus citet de O-  
 phelta. cuius rei etiam infra  $\omega\pi\alpha\ \rho\epsilon\mu\theta\eta\tau$ . mentio fit. & capite  
 primo quarti Symposiacòn, ij de versiculi citatur, et si mutilati.

quan-

quanquam ἀρχήσων ibi non est, sed ἀπλοῦς, quod (nisi fallor) melius multo quadrat. Fabula nota est ex Statij Thebaide, & Nemeorum Pindari argumentis, alijsq; scriptoribus. Iam ἀφ' ἐσίας ἀρχέσθαι, non est à Vesta Deorum matre, vt rellidit Luscinus, incipere: sed rem iam inde à principio et initio repetere. Et Plutarchus passim sic vtitur prouerbio, vt in libro de communibus noticijs aduersus Stoices. οἱ ἢ ἀπὲρ ἀφ' ἐσίας ἀρχάμενοι τὰ ἡγεσώτα κινεῖν, &c. Et de malignitate Herodoti. ἀπὲρ ἀφ' ἐσίας ἀρχάμενοι Ἰὺς Ἰνάχου θυγατρὸς. Sed hac persequi nō est huius opera.

210. 22. Tuum nec.] Commodius sic vertissem:

Partem in tui veniatq; haud inuitus mali.

Prorsus enim mihi videntur duo esse senarij iambici αὐτὸν τε si legas, prior etiam constabit. certè prosa oratio non sic patitur collocari verba. Ominino autem qua procedunt, deprauata sunt, & pro hoc initio Ποῖα ἢ πρῶτον ἐὰ δ, ε, ε, ε, χ, ρ, δ. annotata est alia apud manuscriptum codicem lectio omnibus modis concinnior, Σχεπτόν ἢ πρῶτον ἐὰ, &c. Δοκιμάσαι ἐρέτας, &c. Sed pro εἰσάσων ἀπάσῃ τύχῃ (quod nullum efficit sensum.) ego coniecturam secutus εἰς ἀγῶν ἀπάσῃς τύχῃς legi: idq; probatum iri doctis confido, εἰς ἀγῶν etiam in scripto reperi postea temporis. sed supra datinos istos, genitiui erant annotari, vt lectio diuersa, eaq; haud obscure planior, ἀνεξέταςως est in scripto, & mallem παρεισθύντων, ἐέιν quid sit nescio. fortè ἐεῖν, aut etiā ἀπαεῖν (Klebraut) ita enim nos eam herbam dicimus, quod adherescere vestibus pratereuntium soleat: notam omnibus vulgo. Sed nihil possum pronunciare, librīs destitutus. ex scripto etiam est πολῶδ & παπαλαβόντας, deest autem Δει vel γῆ. Hac annotavi, vt eò explicatior esset nostra cum Graecis componendī ratio.

212. 25. Mortalium mediocres.] Versus sunt apud Euripidem in Hippolyto, quos alio genere carminis verti, permissa omnibus interpretibus vsus licentia.

213. 15. Plauti Nero.] Τὸς Πλάυτι Νέρον. Occisum à Nerone Plutum quendam in Nerone Xiphilinus è Dione commemorat: vt fortassis etiã in eius necessarios sauierit. sed arbitror pitiose Plutum pro Plauto legi. de Plauti interitu per Neronis tyrannidem vide Tacitum libro 14. ferè extremo. Hanc coniecturam scriptus liber corroborat: habet enim Πλάυτι perspicue. quod duabus de causis ingenue significo. cum quod non piget me fateri vnde aditus sum, cum quod Xiphilino simul & Plutarcho nobiliq; historia subuenitur. Vbi & in hoc libello & in alijs & quo pacto deficiuerim à recepta lectione? facile erudit i, si Latina nostra cum Græcis conferre non grauabuntur, & agnoscent & iudicabunt.

## IN LIB. DE FORTVNA.

1 Nitio. Non sapientia.] Εὐβουλία. Impressum erat εὐδουλία. mendo euidenti, quod vel paulo post εὐβουλία nominata arguat. Eoq; scriptus caret. Senarius est, ob cuius approbatione & usurpationem male audiuit Theophrastus. Apud Ciceronem legitur Latino versu redditus, quem nos posuimus.

215. 7. Iustitia presentem.] Lego. Locus distinctione praua erat in Græco obscuratus, neq; verear contendere sic legendum, δὲταί παρόσης. μάλλον ἢ τὴν εὐβουλίαν, & c. quauquam scriptus idem habet quod impressi.

216. 8. Munera rependens.] ἀντίδορα. in comparatione animalium legitur ἀντίδρα, quod non itidem probo.

216. 13. Dorsum horret.] ἐξυβελῆς. Versus vitiatas. In scripti margine alia lectio erat adscripta. Sed dum codex glutinaretur, præcisa fuit, vt legi tota nō possit. verbum quidem ἀκρυδαυ ante ἐπιπεφείρασι exstat. forte igitur legendum,

ἐξυβελῆς, νότοισι δὲ ἀκρυδῶ ἐπιπεφείρασι.

Vt ἐξυβελῆς ad echinum referatur. aut ἐξυβελῆς, vt ad ἀκρυδαυ.

216. 19. Vires exiguae.] Vius sum mea libertate. vitiose ἰδῆ versus citantur in libro de terrestrium animalium cum aquatilibus

tilibus comparatione, & vno loco ad alterum collato videntur  
quedam posse corrigi.

IN LIBELLVM DE VIR-  
tute & vicio.

219. 3. Non foris est.] Ἐξωθεν εἶναι. Lego ἔξωθεν εἶναι.  
καλλιγραφία mendum adscribendū. Scriptus εἶναι habet perspi-  
cūē. Ald' n'us notam, qua idem significat. Idem de Anchisa supra  
ῥόν & annotatum, rubrica habet σῶμα, quod magis sanē qua-  
drat. Reliqui senarij exstant integri πρὸς εὐδουρίας, & versus de  
igne Homeri est apud Herodotum in eius vita.

219. 26. Absq; face exurit.] Ἐπει ἄτερ διαλύ. Hexameter  
est Hesiodus. Luscinius: occultis viribus, vt videatur ἀνὰ le-  
γισσ. Aldus & noster habent διαλύ. Sed in medio est Hesiodum  
poema. ἔργων. 703. In libello πρὸς φιλοπλοτίας legitur, καὶ ἐν ὁ-  
μῶ γήραι δῖκεν.

IN CONSOLATIONEM  
ad Apollonium.

221. 24. Oratio saucij.] Ψυχῆς γοῶσις. apud Aeschylum le-  
gitur (sunt enim è Prometheo vincto qui exstat.) ὄργησι. sed so-  
lent scriptores citare aliquando dicta aliorum leuiter ad propo-  
situm inflexa. In conuertendo meos posui, non Tullyj versus, qui  
reperiuntur in tertia Tusculana, vnde nullo, si liber, negocia  
petes.

223. 20. Et improbè egisset.] ἀποπὸν τε πεποιήκει. lego  
versus gratia πεποιήκει. Sed & postremi duo non sunt prorsus  
integri, cum quidem senarios esse liqueat. Lego autem priorem  
Ἀγαθὰ τὰ νῦν ὃ μέτεϊ ἐστὶ σοι κακὰ. Posterior sic videtur posse  
emendari:

ὡς ἀνὰ μέσον πε, καὶ τὸ λοιπὸν διηφείρε.  
Vt particula ἀνὰ significet subaudito verbo substantiuo. Iam es  
in medio vtriusq; fortuna adhuc, neq; nimis secūdis, neq; nimis  
aduersis vteris rebus. Sed si cui secus videtur, non impedio quin  
sequatur quod volet, aut quod meliores libri suppetit abūt. mox

ἀφρονον pro ἀνέφρονον etiam scriptus habet. quorū hoc sententia aduersatur, illud rectè legitur.

224. 16. Vel minima nos. ] Hic versus facile castigabitur ex Stobæo, apud quem exstat orationis CIII. initio. qui mox sequuntur, ibidem adducuntur integri ex Oeneo Euripidis.

225. 35. Quod quadrigæ. ] Τετρίππων νεύκηνες. Insolens, si non vitiosa locutio, lego τετρίππων νεύκηνες, cuius lectionis testimonia sunt permulta Pindari Odarum inscriptiones, & litterarum inculcatio inepta vsitatio fuit, quàm expedit, librarijs. Fuerat etiam in scripto idem factum, quod littera testatur.

227. 21. Qui censuit si in vnū. ] τῷ διομένῳ δὲν σωεισενέγκου μὲν. Senarios de lacrymis paulo supra Comici ita legi, vt ratio ipsa legendos facile quemuis eruditum erat monitura. Heic verò si quis putat me delectari mutationib. receptæ lectionis, inq. ea re gloriolam aucupari, mihi ostendat velim, quo modo hæc sententia cohereat. Ausim affirmare Plutarchū (siquidem non prorsus ab hac qualicunq. scriptura velimus recedere: quod ego sanè faciendum minimè puto.) eum ergo ausim contendere hæc sic scripsisse, vti subijciam. τῷ διομένῳ, εἰ σωεισενέγκαιμεν εἰς, &c. Hæc mihi emendatio videtur se omnibus eruditis & probis (quid enim est, cur alios curem?) probatura: tamen etiam in scripto idem quod in impressis reperi, vbi pro ἡσῶ καὶ μείζω δυσυχόντων, legitur ἴσα καὶ μείζω χρεωσέντων. & in margine est δυσυχόντων. Porro sententia hæc Socratis multorum scriptis est nobilitata, & est ita scitè apud Herodotum in Polymnia expressa, vt non possim me continere, quin ipsa etiam verba huc ponam; cum nostri verbis optimè conuenientia. Εἰ πάντες ἀνδρες ποὶ τὰ δίκαια καὶ εἰς μέσον συνεικάμεν, ἀλλὰ ἕα δαυ βελομένοι τοῖσι πλεησίσιον ἔσιν. πάντες ἀνὲς τὰ τῶν πέλας καὶ, ἀσπασίως ἔλασοι αὐτέων ἀποφεροίαντο ὁπίσω τὰ ἐσενέχοντο. Versiculum autem τίς δ' ἐστὶ δὲλ. τὸ δανεῖν ἀφροντὶς ὄν, qui ita nullo sensu legebatur, restituo

fituo post δὲ αὐτῶν adiecta interrogationis nota, id quod ratio postulabat. Est enim subiectio seu διαλογισμός, atque ita alibi me legere puto recordari.

229. 2. Versus Simonidis distinxi.] Non quod ita scribendos omnino contenderem, sed ne ignoraretur esse versus, idque alibi etiam saepe feci. Pindari locum ex ipso autore emendare licet, exstat enim Oda tertia Pythiorum. Locus Euripidis est in Alceste. καὶ ἐστὶν αὐτῶν, hodie legimus καὶ ἐστὶ δυντῶν. & pro ὅποι βίσηται, ὅι περὶ ἔσεται. Apud Stobaeum oratione C X V I I. legitur, εὐβίσηται.

230. 6. Nam parua mortis.] Τὸν ὕπνον. Memini me alicubi legere hoc dictum Menandro tribui, & senarium Iambicum integrum referri. ὕπνος τὰ μικρὰ, &c. Quod autem mox sequitur περὶ μνήσις, doctorum iudicium facio, an non certissima coniectura ductus, legerim περὶ μνήσις. ad enim vocabuli facillime in περὶ μνήσις ob literarum ὕ & ν similitudinem potuit depravari à librario non satis attento. Nimirum autem id voluit Menander Plutarcho interprete, quotidiano somno nos quasi initiari letho, & ad eius vim cognoscendam imbui. hoc potest certe περὶ μνήσις: περὶ μνήσις vox est à sensu huius loci alienissima. Sed haec verba τὸ γὰρ δεδωλῶσαι, &c. statim subiecta, mendosa haud dubie sunt, cum repugnent loci huius sententia. nisi interrogatiue legatur πῶς εὐδαιμων, &c. In scripto nihil auxiliij. Et qui saepe eum codicem correxit, ibi de suo (vt solent) senarium margini illeuit, quo testatur locum esse mutilum. τίς ἀν τὸ λείπον εὐχταρτήσεται μοι. Platonis locus extat in Phaedro, unde haec est repetita tota disputatio. Post ἄλλο περιέχει τὸ σῶμα legebatur, pro quo legi ἄλλο παρῆχει, ἢ τὸ σῶμα. sententia hanc exigente mutationem, qua cum scripta lectione profus conuenit. Platonis ex apologia locum ex autore emenda. In fabula Cleobis pro ἡμίονων est ὄρεων, vox idem significans poetis. Vide & Stobaeum oratione C X I X. de his exemplis.

32. 5. Elyfio patri.] Τὸ τελευτῆς, τὸ pro ἡ reponere, secutus consue-

consuetudinem loquendi. patria enim Elysius iste fuit Terentius,  
 & ἡλύσιον constanter habet scriptus, per v. Cic. i. Tuscul. prope  
394. 35. Iam enim aut moriendum.] ἤδη γὰρ ἠκμαῖς. locus inutilis. Sententia videtur: Nunc ita prope ad barbaros accessimus, ut eo simus loco, quo moriendum est. forte ἠκμαῖς ὡς τὸς, &c. In scripto postmodò ἠκμαῖς reperi: & cogit aui probabile esse, ita fuisse scriptum. ἤδη γὰρ ἠκμαῖς (aut ἠλάνειν interficere) τὸς βαρβάρους. Sed pleraque in hoc libro satis sunt prava.

395. 36. Gula iritamentis.] ἀκύνθας καὶ λιχυρίας πινῶς. Spinis etiam interpres habet, & scriptus itidem ἀκύνθας. Verum ego nondum didici, quibus carduis libenter vescerentur, quibusve spinis canes. χείρα etiam ex libello de liberorum educatione est nota. Infra de Alcandro Lycurgū feriente pro εἰπέσειν lego ἀπέσειν. Scriptus, ratio. Post de Leotychida ἠρώτησις. Constructio requirit ἐρωτησῶν. Sed permulta sunt talia, quae consulto omisi: hoc ipsum supra quoq; relatū est dictū utcumq;

ut cunq; aliter ob appendicem. Sicut & alia identidem inculcantur, ut Antalcida de Agesilao & statuto Lycurgi, id docti facere non solent.

398. 20. Coelibes honore.] ἐστέρως, deest τὸς ἀγάμους, aut aliquid tale. Sententia est nota. & extat Lycurgi vita. Similis defectus est post paucis lineis. αἰὲς τὸν ἡσιουῶτα. σ. τὴν αἰτίαν. haec indicasse de plurimis pauca satis est. Geradate de adulteris dictum hic est mutilatum: integrum refert ipse in Lycurgo Plutarchus: & credibile est pro ταυτὸν hic legendum esse, ταυτὸν ἐστίν, &c. sicut ibi.

399. 32. Altero amplius quaerat.] ἀτερεῖ & διατέρεῖ ἐρεσί-  
ves. legitur in vita Lycurgi ἐρατέμευον. Interpres hoc, quem tra-  
ctamus in libro, vertit quaerat: ingeniose. nam & ἐρεσίειν in-  
terrogare siue querere significat: & si κρατῆμεν legas ex con-  
iectura, quod possidere significat: certe querere ad possiden-  
dum est via.

400. 1. Utilis haec ratio.] ἀλλὰ καὶ χρησίμων. scilicet τὸ  
οείδεσθαι. & ἢ ἢ ἢ δεσθαι repono pro aoristo ἢ ἢ ἢ δεσθαι. etiā con-  
tra scripti lectionem.

400. 28. Cum defecissent Corinthii.] ἀφελώτων. lege-  
batur ἐφελώτων, per ineptiē. res ex alijs etiam locis nota est, ne-  
que fefellit interpretem, si tamen ita vitiosum libro credē-  
dum est, à scripto abest tota haec periodus.

401. 8. Eurytionidarum & Agidarnm.] restitui vera  
profulsis vocabula, ex ipso Plutarcho & alijs. Ut & in Lacra-  
tida feci.

403. 10. Quia, inquit, illis.] ἀγενὴ βασιλεύειν. Inter-  
pres: Quia illi magis duces esse, quā regnare vole-  
bant. Ut aut aliud legisse eum, aut unā mecum hunc locum  
suspectum habuisse videatur. Hoc credo eum voluisse dicere,  
primos reges coactos necessitate regnū tenuisse, sed & reliquos  
ob virtutem ei praesse: ἔδεικνῶς in scripto deest. male, ut arbi-  
tror. Cur autem Messenij Spartanorum habeantur fratres, ex

historicis & Pausania cognosci potest ut cur pro ἀδελφοῖς Delphos retulerit interpres in Polydori dictis, non videam. Scriptus quoq; ἀδελφοῖς habet.

404. 6. Sous fertur.] δειξαι. Σῶον λέγειαι. De hoc loco annotati quondam ad Lycurgum Plutarchi quæ cum sint vitiatæ nonnihil, hic emendata referam. Σοικιδος sustuli, & Φοικιδος restitui. neq; me fallebat, ordinem literarum fuisse ab huius libri scriptore obseruatū: sed fieri potuit ut homo (sicut non me temerè iudicare arbitror) non accuratissimus, literam φ literæ συσείχῳ (τῷ σ nimirum) subiungeret, alioquin historia illorum locorum & temporum qui apud Plutarchū, Xenophōtem aliosve legit, sæbidam nullam, Phæbidam etiā nobilem agnosceret. Porro Σῶον Regius non (ut ibi scriptum est) omisit, sed ad δειξαι adiunxit, sumptum pro appellatio, vertit q;: qui virum fortem saluum monstrare possit. cum post δειξαι incipere noua debeat periodus, & Σῶον ex loco isto Plutarchi, ne longius abeam, sit proprium viri nomen. Vitia hæc omnia scripto cum impressū sunt communia.

406. 37. Pacis componendæ gratia.] διαλύειν. quod si legeres, διαλύειν mori significaret: alieno, nisi falor, vsu. scriptus rectius habet ἐμελλον: qui pacificare volebant.

407. 32. Pro eo atq; descenderis.] ὁποῖοι καθίσεις. legendum καθίσεις descenderis: quod futurum in communi lingua negant tamē vsurari Grammatici. lego autē non ἀποκλείοντι, sed ἀποκοναίοντι. & est sententia (κατάγε τῶν ἐμῶν) hæc: Lacones eunt venatum contra leones, adeo sunt magnanimi: lepores si Sparta veniant, capiuntur. in scripto est λέγοντες, ἢ λέοντες. Post de mordente quod dicitur, ipsum quoq; satis perplexū alibi Alcibiadi ad, cribitur. τυρὸν ἢ τεῖν ἐλαίου. interpres addidit, & acetum, καὶ ὄξος. & Λάμπω per ἢ legit.

409. 27. Blandè mulcendos.] χαλεπεῖν. Id vocabuli quid sit, nescio. Regius vertit excitare. alius: contumelia imbuere & sulti-

fulticia. quid secuti, ipsi viderint. Certè posterior & in Tyrtaum & in Spartanos, adeoq; Pausaniam Cleombroti F. cuius iudiciū hoc ipso libro expressum debuit recordari, sua fuit contumeliosus versione. In Cleomene Plutarchi legitur ἀλλὰ ἐν ἰβὶ qua annotavi pridè, legere potes. sed hoc addo nunc, Plutarchum initio libelli πότερὰ ζῶων φρονιμώτερα, verbo καλλωπεῖν usum fuisse, quod est ornare, elegantes reddere, & ἀκακῶν ἐν propius quidem abest. vide ibi.

411. 3. Fertur Dionysius.] τοῖς νεανίσκοις. ex Lycurgo Plutarchi & sententia reposui pro τὸς νεανίσκους. Quod de iure atro & Dionysio hīc traditur, aliter narrat Tullius quinta Tusculana.

412. 13. Temperantiores.] καὶ ἐγκρατέστερος. legebatur ἀκρατέστερος, contrarium huius loci sententia. scriptus rectè. Sed & sequentia videntur distorta, pro ᾧ βεῶμα, reponerem τῷ βεῶμα. Sed deinceps non sunt integra. Certè pro πολυλόπος legendum est πολυλόφος. & paulo post pro γεννικῶς lego γενναῖος. scriptus malè γεννικῶς. pro ἐμβατέροι lego ἐμβατήθειοι ex Lycurgo nostri.

413. 36. Votis hoc annectebat.] ταῖς ἐυχαῖς, legebatur ἀχαῖς, quod vocis significat nihil. interpres legit vt ego. Sicq; & scriptus habet. votum est nequaquam superuacaneum. & sustuli, δι' ante παρομιᾶς, quod sensum vitabat. Sententia est eadem in Persis Aeschylī:

Ἀλλ' ὅταν πσεύδη τις αὐτὸς, χ' ὡς θεὸς ξυμπίπτειται.

Ἀπιδί μὲν σαῖων.] sic citat etiam Strabo lib. 10. Saij Thracēs fuerunt. quod inter vertendum non venerat mihi in mentem. Itaq; primum verbum sic lege, vt in Strabone verti:

Nunc aliquis Saiūm nostra sese aspide iactat.

Sed posterioris hexametri 4. pedes exciderunt. Post Ἀλιγμένει ᾧ θεῶσ. ante θεῶσ. insere καὶ quod habet scriptus. In Gorgone μαλακῶς χολῆ, lego καὶ χολῆ. καὶ etiam a scripto abest. solū legit interpres, quod non valde probō.



416. 32. Eurotas ceruis. ] ἔδιδά μισος. Scriptus ē. quod alijs dijudicandum relinquo. κατὰ μισος conieci legendum, reperto κατὰ μισος. & scriptus coniecturam meam euidenter probat. & infra legebatur κατέχεται, quod id ipsum mox rectius erat excusum. νῦν autem in ὄν mutarem: abest omnino à scripto. deinde pro κατέγγελλον malim κατέγγελλον cum scripto. & φάινω sensu postulante paulo post pro φαίνω scribendam. Mox ἐπὶ τοῖς ἔξοις, lege cum scripto ἐπὶ τῆς ἔξοις. prope finem κατέδελε ἀντὸν. ] Scriptus κατέδελε, & superne κατέδελε.

IN LIBELLVM DE MVLI-  
rum virtutibus.

419. 4. Initio statim ὠκλέα. ad hanc extat Plutarchi liber de Iside & Osiride, quem Plutarcho nostro Eusebius in præparatione Evangelica nominatim arrogat. In scripto apparet fuisse κλέα. sed ab emendatore factum κλέατος, quod minime probō. Nam femine in scriptum librum cum alia ostendunt, tū in ipsa præfatione σὲ βιβλίοις ἑνὸς ἑκάστου, &c. Euripidis locus est in choro Herculis furentis. 419. 30. Mox ἀλλὰ τὴν ἐπὶ τῶν, τὰ Σαπφ. pro ἐπὶ τῶν lege ἀντὶ τῶν. ratio, scriptus.

420. 2. Si ad vim istarum. ] Legitur κλειωτέτων καινότητων καὶ δύν. Latinus interpres hanc omisit particulā. atq; adeo credo id eum fecisse, quod ipse quoq; vt credam esse genuinam, abs me nondū possum impetrare. Sed & βέλεια βέλεια vix concoquo, ac ne vix quidem. In Troadibus.

420. 28. Qualemcunque sedem. ] Vulgo habetur, ἐν τῇ πάσῃ. lego γὰρ pro τῇ, id in scripto supra notatum reperi, lege etiam ex eodem πλάνης καὶ ναυπλίας. Ita enim sententia est plana, quam habet nostra versio. Mox patriamq; esse faciendam. ] Est hec παλαιοῦ δὲ. scribe δὲ. In Chijs initio lege ἐπιφάνειαν. notum.

425. 1. Nouam condiderunt. ] ὡς κει legi. scriptum erat ὡς κει. Sed & pluralis numerus requiritur, & non de ha-

bitan.

bitando, sed condendo vr̄bē loquitur, quod est οὐκ ἔχειν, ἢ οὐκ εἶναι.  
Scriptus habet ὁ κρισαν, & κρύσσων. alioqui Cryssa neutro ge-  
nere dici vt pleraq; alia Caria & Lycia loca notum est. In Tyr-  
rhenis initio Βραυεονόθειν restitui, ac deinde Βραύεον. cū e-  
excidisset. nam Βραύεον celebris est apud scriptores pagus, seu  
δήμη. Attica. Sic & scriptus.

425. 31. Et fratre eius. ] καὶ ἀδελφόν. nihil ausus sum mu-  
tare. Interpres καὶ omisit post ἀδελφόν, hocq; intellexit appella-  
tione. sane infra quest. Grac. XXI. Πόλιν τὸν ἀδελφόν legitur.  
& mentio fit fratris, cum quo sortitionem Polis inierit. malim  
κραταΐδαν. quam κραταΐδαν, quod scriptus suggerit. Si καὶ an-  
te κραταΐδαν omittas, planus videbitur locus.

426. 40. Quali igneum. ] καὶ πυρώδεις. Aldus & nos πα-  
ρώδεις. hoc vocabuli quid sit, non habeo dicere. Interpres habet  
horrendos sonitus atq; incendia. nescio quid secutus, nisi quod  
ἀνάκλειον, que est radioram solis reflexio, non facit apte reddi-  
dit. ἀνθήλι. autem per θ non τ scribitur, cum recte scribitur,  
quam ille vocem omisit. Ceterum in spectio scripti libri me dubi-  
tatione soluit. is enim πυρώδεις expresse habet. Supra autem  
qui χίμαρψ. legitur, χίμαρον legendum contenderim, vt ad  
Chimeram (cuius fabula heic exponitur.) accommodari pos-  
sit. non ignotum est, quid χίμαρ. & χίμαρσα significant.  
ΣΑΛΜΑΤΙΔΕΣ, Saguntinae sunt interpreti, & Σαλμα-  
πὴν Saguntum forte, quia urbem Hispania hoc nomine non a-  
gnouit. Ego nihil volui mutare, nisi quod N. literam inserui.  
Nam Saguntum aliter appellant Graci historici. Ibidem est Βά-  
ρον. & in scripto Βάνων. Hannonem interpres habet vo-  
cem Punicā. ἐρμηνεύς pro appellatio accipio. Sed res non est  
magni momenti. In Cianis.

428. 28. Domos adibant. ] βαδίζουσι, in scripto βαδίζουσι,  
et si est alterū supra notatum: & profecto βαδίζουτες malim.  
idq; exigit (puto) sententia. inuicēq; malim illorumq; pro ἀ-  
λλήλων scilicet αὐτῶν id quoq; sensu dictante, vt & ἐνι pro ἐνί,

Et pro ἀλαξίας legendum ἐν ταξίας, liquebat etiam sine scripto.  
In Phocidib. sine, ἀν τοῖς ἀγχι. αὐ τοῖς ratio Et scriptus.

435.22. Impetrauit salutem. ] legi ἐξήρθαλο. scribatur  
ἐξήρθαλο. perperam, quo mendo tamen deceptus interpres sen-  
tentiam peruertit. Scriptus Et Aldinus veram lectionem habet.  
Historia exstat etiam in eroticis Parthenij. Porro ante in Pieria  
in Nelei nomine n pro ei repono, ex historicis Et scripto, qui etiā  
in fine habent οὗτος ἐρξ ν τὸς ἀνδρας αὐτῶν, recte. Ceterum in  
μολιβδός Et hic Et alibi reliquis, cū alias scribatur per u. Cau-  
sam videbis apud Enstath. in Iliad. λ. 237. Et alibi. Post ante ἀπο-  
λαύσω excidisse μὴ vel ἢ. nō est obscurū. In fine Aretaphila pro  
παρβαλλ. est in scripto περὶ βαλλ. 441.29. In Chiomara an-  
α hac verba ἐπεὶ δὲ μηδεὶ δάτης, omissa est inscriptio historia  
hæc γύναιον Περγαμίδων: qua in scripto demum est ante ver-  
ba, γύναιον δὲ In Timoclea. 443.1. Adhibitis partim mi-  
nis. ] ὡς ἀπολῶν. legendum ὡς ἀπειλῶν. Sic Et interpres legit,  
Et in scripto est. legendum quoq, ἐφεσώσῃς, non ὑφεσ. In Eryxo-  
ne pro δαίμων Et vide vt legas εὐδαίμων Et. Sic enim sub fine re-  
cte. deinde περὶ τῆ Αμάσιδ Et. lege παρὰ, vt Et scriptus habet.  
Locus est ambiguus.

446.9. Vt vidit accedentem. ] ὡς εἶδεν ἐπιόντα. erat ἀπι-  
όντα, sed Et in scripto ἐπιόντα est a correctore factū. Sed deest  
hic nomen Et mentio eius Cumana mulieris, quæ Aristodemū  
solum Cumanorum virum dixit, cuiusq, mentio etiā Et in con-  
clusionem historia fit. Post pro ἐπὶ τὸν Αἰσίδα. legi pro χ, quan-  
quam scriptum deinde receptam lectionem habere sensi.

446.25. Pythis vxor. ] Πύθης γυνή. Inscriptionem hanc o-  
ptimo iure adieci, vt reliquarū similis esset. Scriptus pro titulo  
habet Πυθόπολις, pro παρῆνα τῆς στρατῆρος legebatur male  
τῆ στρατῆ. non poterat enim senem curare absens in militia pa-  
trem filius. Scriptus παρῆνα τῆς στρατῆρος, recte.

IN COMPARATIONE AQVÆ  
& ignis.

448.27. Absq; igni multa fuerunt.] ὁ Δατος δὲ ὑδὲ ὁδὸς.  
 etiam si ἀνευ ἀπὸ κοινῶν repetas : tamen non satis hac coherent.  
 Fortasse hoc vult dicere. fuisse aliquādo hominē absq; igni, absq;  
 aqua nunquam. Id si ponamus, πολλὰ in ποτὲ mutandum es-  
 set. Videtur ἀεργύμασμα alicuius potius esse eruditi hominis,  
 quā scriptū Plutarc. illius magni. In fine μερίδι τῆ ἀπὸ φύσ.  
 ante ἢ requirō ἢ. Scriptus post μεθὸ δὲ habet insertum δειτα.  
 451.1. Quæ maxime feruntur.] καὶ τὰ μάλιστα. καὶ loco περὶ  
 reposui errorem notarum affinitas peperit. περὶ etiam scriptus  
 habet. Supra vbi est οἶνον καὶ καρπὸν scriptus (quod magis pro-  
 bo) καὶ ἀκαρπὸν habet & pro πνεῦμα μὲ πνεῦμα δὲ. Sunt & a-  
 lia, sed leuicula, neq; volui μύρον ἢ φακῆ, quod aiunt, adhibe-  
 re, id notatu dignum est. 451.13. ἀκμὰς εἶπες ὀπρὸς τοῖν τῶν ξυ-  
 γῶν legendum, non ξηρῶν, quod mendum in scripto etiam est. ἰδὲ  
 illud ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς, distinguendum erat à præcedētib. noua  
 enim proponere intendit argumēta.

452.21. Tenebris obrinēnibus.] ὅτι σκότος Suspectum er-  
 roris. Coniugio forte legendum, ὅτι καὶ εἶπες. Ita quidem liquida  
 esset sententia, alioqui quid est tenebras vigilare? Loquitur de  
 industria humana, ad quam vigilia etiam facit, nocti partē sui,  
 vt Aristo dicebat, vestigialis suffurās, quod sine ignis beneficio fie-  
 ri nō possēt, tenebris industriā vigilie impediētib. Profecto vitā  
 vigilia est, inquit Plinius. In scripto annotatū vidi pro ἐργασίαν  
 legi ἐργασίαν. In fine pro ἔξαμμα est ἔξαμμα in scripto,  
 quod docti me non frustra annotare facile intelligunt.

IN QUESTIONES SEV CA-  
 pitulorum descriptionem.

**H**unc librum Plutarchus in Camillo & Romulo citat sub  
 nomine ἀπὸν & ἀπὸν Ρωμαίων. Vulgo problematū  
 titulo citatur. Adieci margini numeros, qui faciliora inuentu  
 & notatu singula facerent.

453.24. Pluribus ædiles.] Σὺν τοῖς ἀγορευμένοις πλείονας.  
 Hic locus est corruptus, credo hanc esse sententiam : Prætores  
 tribus

tribus vfos facibus, pluribus adiles. *Χρωμένων* legendum, non *χρώμενον*, liquet Et *μειζόμενον* pro *μειζόμενον*.

454. 24. Sed cōscenſo tecto in domum demittunt.] *τῷ κεράμῳ προσελάοντες εἶσω χερδιᾶσιν ἀπὸς.* Quid si legas, sed ū conscenſo tecto sese inde in domum demittunt? Hac quidē lectio cum Varroniana fabula melius cohererebit, & vnica leuis in asperum spiritū mutatione consicietur, vt *αὐτὸς* legas pro *ἀπὸς*. 455. 9. Hysteropotmi.] *ὕσερο πόμυες.* interpres *ὕσερο πόμυες* legit, itaq; legendum credo, ignarus liber'ne ei, an vero iudicium hanc lectionē suggesterit. vox enim ea significat eos, qui crediti iam fati suo defuncti, denuo ei seruire opus habent. in proxima questione.

455. 24. Multisq; locis adſcribitur.] *πολλὰ γενέσθαι* non probo forte *πολλαχῶ*. res est nota.

456. 15. Futilissimum putarent.] *Lego φαυλότατον ἠγέμενοι.* legebatur ἠγέμενον, sed male. Verba antecedenſia satis obscura sunt. neque piget interim ſententiā de iis meam aperire. *ὁ πνευρόθισταν* inquit. Suspecta vitij & illiberalitatis erant Romanis donationes coniugum, nimirum quod non ab animo liberali profecta, sed adulatione coniugis extorta essent: quomodo etiā donationes mortis causa factas, ad vxoris petitionē, irritas esse voluit Solon. non minus quam vi extortas. quia nimirum non minus praeue fit, quod illecebris voluptatis obtinetur, quam quod vi. corrector bene reddita à Lucensi, inscite notauit.

456. 32. Confidentis viri.] *πισέουσι* & *δρά*. *ὅτι* legebatur notis ob similitudinem confusis. Sed linea sequente *ἔτι παρατηρήσει σπᾶ δ' ἄσιν* male coherent. *lego ἐνέδρα. χὶ παραλήψεις: σπᾶ δ' ἄσιν, &c.* Non me fugit, doctissimos homines è Tibulli 1. 3. huc respicientes, dissentire. versus sunt:

Tunc veniam subito, nec quisquam nunciet ante:

Sed videar caelo missus adesse tibi.

Ego quod sentis, plane dico. Deliam non fuisse vxorem Tibulli constat. itaq; nihil ad rem haec consuetudo. Alibi plura.

458.20. Sp. Carbilium. ] *sue malis Caruilum.* Καρβίλιος, non καρβίλιος. Sic Latini & ipse Plutarchus in extremo Romuli ac Nume proxima questione.

458.27. Nullos posuit. ] ὄρεος ἐν ἔθνει. In codex noster non habebat, neq; interpres neque Aldinus liber, nam in scripto nostro hic liber desideratur, sed & sententia id flagitat, & confirmat historia. In problemate XVI ἀλατὸν ἔστι scribo, in duodeuigesimo ἀφθίνος & ἀλάρην pro ἀφθίνων & εὐτάρην repono: & in decimonono, pro κατεσθίνσαν, κατεσθίνσαν, in pronota causa est.

460.10. Tunc enim in ipsa quoq; natura. ] *Sententiam* puto *ne* veram extulisse, nam in Græco hæc verba γίνετα γὰρ αὐτοῖς, &c. manca sunt.

460.25. Murtia Venus. ] Μερτίαν Ἀφροδίτῳ. Plinius libro 15. cap. 29. *Quin* & *ara* vetus fuit *Veneri* Myrtæ, quam nunc *Murtiam* vocant, ita legitur in Frobeniana optima editione. Is locus facit, ut μούρτιαν potius legendum suspicer: nam illud ὄς ἔοικεν Plutarchi hoc loco videtur referendū ad mutationem v Græcæ litteræ, in Latinam u, que in Sulla, murratum, & aliis nota est. & Plinius ita innuere videtur à myrto eam *Venerem* dici. Sed apud D. Augustinum profertur *Dea* Murcia sic dicta, quod præter modum non moueret, ac faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum, id est nimis desidiosum & inactuosum, lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 16. Apud Festum vbi vox *Murcidus* exponitur, mox *Murtia* *Dea* subiicitur, quamquam in litteris erratum ibi esse possit: aliterq; in *Antony Augustini* nobilissima editione legatur. Apud *Varronem* libro IV. de lingua Latina hæc sunt, que scripturam rursus faciunt ambiguam. *Intimus* *Circus* ad *Murcium* vocatus, ut *Proculus* aiebat, ab *vrceis*, quod is locus esset inter *figulos*. Alij esse dicunt à *murteto* declinatum, quod id ibi fuerit, cuius vestigium manet, quod ibi *facellum* etiam nunc *Veneris* *Murtia*. *Adam* hoc loco quod videtur non tam *soluere* *dubitationem* quam *tollere*. Apparet,

inquam

inquam veteres C & T litteras confundisse. quod nobis in pronũ  
ciando hodie est vsitatũ. Nã hoc nisi concedatur, quid faciemus  
Valerio Probo, qui Marcum: (neq; ynquam inuentus est, ac ne i-  
ri quidẽ inuentũ quenuquam puto qui non pro C vel K scribat) à  
Martio mense (cuius scriptur a litteram C vel K non potest ad-  
mittere) dictum ait. Id genus per multa sum in controuerſis or-  
thographicis atq; etymologicis. Sed in presentia satis. Proble-  
mate sequenti ΝΥ, ΙΔΥ & restitui, qui à Plutarcho etiam alibi  
citatur. ne Latinos & Græcos alios testes appellem.

461.9. De Numæ regis.] τὸν νουμᾶ. legebatur perridicule  
τοῦ νομα. quod etiam interpres sensit, & miror ab iis non a-  
nimaduersum, qui tot millia mendorum (vt ipsi aiũt) ieceerũt,  
item pro ἐρεσι, legi ἐν εσι. & vbi legi ductus ipsa sensus perspi-  
cuitate, ἀγαματίον δεῖ, legebatur ἀγαματίον τε. cum in  
Aldino (si librarius notam infra agnouisset) recte esse postmodo  
deprehenderim. Idem error est supra probatus. 16. In sequentem  
questionem legebatur, οἱ ταυτὸ διάνημα, quod etiã interpretem  
fesellit, cum sit perspicue falsum. Quis enim nescit à Calendis  
ad Nonas, ab his ad Idus, inde ad finẽ mensis inæqualia esse spa-  
cia? itaq; non dubito οἱ in ῖ mutare.

461.27. Lunæ conspectum.] πῶ δὲ πρῶτω φασὶ. Post  
πρῶτω, deesse ἐπιφάνειαν, aut aliquid tale opinatus sum pri-  
dem. Sed omnino nunc φασὶ in φᾶσιw muto vocem in hac re ma-  
thematicis non ignotam. αἱ δευτέραι γὰρ φασὶν ἅπας τὰς ἐπιφάνειας.  
Quod de Kalēdarum nomine assertur etymon, frigidius est quã  
quod refutatione indigeat. quæ est enim tandem inter Calen-  
das (sic scribo, ne vim videar intentare) clam & celare ana-  
logia? Marcellus ex Varrone: Calendis calabantur, id est, voca-  
bantur & ab eo Calēda appellata, quod est tractum à Græcis,  
qui καλεῖν vocare dixerunt. Quid ergo causa est cur in Græca vo-  
ce videntes littera Græca, originẽ testante (quod musici in suo  
γ vt circa inuidiã licuit) ad Kalēdas Græcas relegemur cũ to-  
ta antiquitate? qua littera K etiã alibi vsa est, vbi etymologia

Græca

Græca nulla videatur esse, vt in K pro Kasone seu Casone Fabiorum pronomine. Hoc addo, iube sententiam hic non extare citatam, sicut fuisse puro, ab autore integram. Quæ Macrobius habet Saturn. 1. 15. digna sunt cognitu: digniora, quæ Varro lib. quinto vt alios taceam. Hac animi causa scripsi, cum mihi ista recognoscenti veniret in mentem, amicum quendam meū aliquando, nescio sane vbi istas edoctum argutias, mihi hunc nodū soluendum proposuisse: Græci non vtuntur Kalendis: ergo non debent scribi Græca littera Kalendæ. quasi vero quia in Romanis Kalendis exprimendis vtuntur, non sit Græca ipsis assertoribus littera? aut K perinde atq; Y non liceat retinere originis testanda gratia? ne adijciam, Eiduum quoq; vocem à Græco re peti sermone.

462. 4. Morem hunc amplificauit. ]  $\alpha\epsilon\sigma\sigma\iota\alpha\gamma\epsilon\upsilon\omega\sigma\omega\epsilon\rho\phi\iota\lambda\epsilon\iota$ . mendum esse nemo non animaduertat, sensu interim euidente fortassis  $\alpha\epsilon\sigma\sigma\eta\gamma\epsilon\upsilon$ .

462. 27. Sicut contra. ]  $\alpha\delta\epsilon\iota\sigma\tau\omega\alpha\delta\sigma\omega\epsilon\rho\alpha\upsilon\tau\delta$ . lego  $\alpha\upsilon\tau\delta$  τὸ. Mox ἢ  $\chi$  τὸ τῷ δέμῃς. ] Lego ἢ quartā. n. opinionē exponit, nisi fallor.

463. 18. Lucido & illultri. ]  $\tau\omega\delta\epsilon\phi\omega\tau\epsilon\iota\omega\phi$ . ego δὲ iure me omisisse puro, non habens cur suspicer aliquid detriū ante hæc verba esse. Post  $\beta\alpha\phi\eta\chi$ , lego  $\kappa\alpha\iota\beta\alpha\phi\eta$  potest enim inquinari albedo. Sed tinctura lanam albam non facit: nisi eam intelligas, quæ rudia lintea identidem madefacta, solis vi aquam, vnaque sordes exhalante, albedinem consequuntur.

465. 2. Vñ sunt peculiariter. ]  $\alpha\lambda\lambda\omega\varsigma\kappa\acute{\epsilon}\chi\epsilon\lambda\omega\tau\alpha$ . improprie, vsurpatiuè.  $\epsilon\kappa\iota\delta\iota\omega\varsigma$ . Caius non omnium virorum prænomen est, neq; Caia mulierum, neq; Titius ciuium, neq; Stichus seruatorum. quod autem cuius adhibentur, fit vsurpatione quadam, sicut Dialectici & Mathematici suos terminos vocant  $\alpha\beta\gamma$ . &c. Hoc ergo est  $\alpha\lambda\lambda\omega\varsigma\chi\rho\eta\theta\alpha\upsilon$ .  $\alpha\lambda\lambda\omega\iota\varsigma$  legebatur, quod loci vim obscurabat mendum.

465. 6. Cui Caiæ in sancti templo. ]  $\epsilon\upsilon\tau\omega\tau\omega\upsilon\delta\acute{\alpha}\gamma\kappa\lambda\upsilon\iota\sigma\tau\epsilon\phi\omega$ . Interpres: In Sanctæ templo. & citatur in margine nescio



nescio cuius opera, Plinius. 8. 48. Vbi legatur M. Anci. Quod ego quidem si reperissem apud Plinium, non veritus fuisset mendici arguere, cum neq; M. Ancus vllus sit nobilitatus, neq; nomen Ancus, sed prænomen videatur: & Anco Marcio Romanorum regi diuinos habitos honores nemo facile animum induxerit vt credat. Verba Plinij liber adscribere, tum aliorum. Lanam (inquit Plinius) cum colo & fuso Tanaquilis, que eadem C. Caccilia vocata est in templo Sangi durasse prodeunte se, autor est M. Varro, & c. August. lib. de Ciuit Dei, 18. ca. 19, Sabini, ait, regem suum primum Sangum, siue (vt aliqui appellant.) Sanctum, retulerunt in Deos. Hic locus videtur cum Plutarchiano iunctus, multorum bonorum scriptorum locis explicandis inseruire. Est apud Sex. Pompeium: propter viam sit sacrificium quod est proficiendi gratia, Herculi, aut Sanco qui idem est Deus. Et annotauit quidam in margine, Ianum quosdam pro Sanco legere. inepte hoc quidem. Cultum fuisse Sabinis siue Sancum, siue Sanctum, etiam Lactantius 1. 15. docuit: & eadem esse vocabula ad modum est probabile, vt & hoc, ritum Sabinum, à Sabinis, præsertim Numa. fuisse ad Romanos propagatum. Iam Sanctum & Fidium idem omnino valere, & esse eiusdem Dei attributa, dubitari non arbitror. Qui Dionysium Halicarnasenseum citant, Sabinum gentis Sabine auctorem ab eo ex Porcio Catone aiunt perhiberi filium Sancii vel Sangi (c. & g. litteras eiusdem prolationis permutari nouum non est) demonis illorum locorum. In Greco male legi puto Σάπυς pro Σάργυς. nisi forte Σάβυς est legendum. Nam Sabum Sabinis gentilem eius fuisse, qui Sanctus Latinis fuit, colligi è M. Catonis Originibus potest. Silius Italicus libro octauo rem videtur explicare.

Ibant, & lati pars Sanctum voce canebant  
Autorem gentis. pars laudes ore ferebant  
Sabe tuas. qui de patrio cognomine primus  
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Sed additur eundem à nonnullis vocari Δία Σίσιορ. quod est Iouem

Iouem Fidium. at is fuit Hercules, vt ex Ouidio liquet 6. Fasto-  
rū. Querebā Nonas Sancto, &c. Varro lib. IV. Aelius Gallus dñū  
Fidiū dicebat Dijouis F. Διδασκρον Castorem, & putabat hunc  
esse Sanctum ab Sabina lingua, & Herculem à Graeca ( Hinc  
adeo sciri potest, quid sit me Hercle, & iurare per Fidium.)  
Optimeq; id cum eo congruit, quod Sabini sunt habitū Lacedæ-  
moniorum ( hi autem toti erant, vt sic dicam, Herculei) coloni.  
quod & apud Plutarchum in Romulo & Numa est, & apud  
Dionysium Halicarnassem eadem pagina, nimirum libro se-  
cundo. Cetera omitto, contentus me docuisse, Sanctum cum hic  
tum alibi recte legi. Addo tamen, Propertium hanc lectio-  
nem non modo confirmare, sed & rem explicare. Sic enim scri-  
bit lib. IV. in elegia de Caco:

Nunc, quoniam manib. purgatum sanxerat orbem,

Sic sanctum Tatia composuere Cures.

Sangum alij dicunt: & Sanqualis porta, proxima ad i Sangi,  
apud Paulum ex Festo legi debere puto. Sangus etiam apud Li-  
uiū legitur, cum Semonis cognomento, lib. IIX. vnde apud Ovi-  
dium dicto loco legendum, An tibi Semo pater, non Semipater,  
docte obseruauit in Varronem Scaliger. In XXX. questione  
quod legitur τὸν τάλαρον τάλασον, &c. legebatur etiam in  
Aldino, τὸν τάλαρον τάλαντον ὀνομάζουσι, omnino perperam.  
Quis vero pro τάλαντον, cum calathum significare vox ea de-  
beat, non malit τάλασον legi, vt ad Talasii vocem sit aditus ac  
commodatus? Litteram q̄ aliquando in σ mutatam non nesciūt  
eruditi, cum praesertim Papisii & Fusij videm sint qui Papiij  
& Furij, & honos pro honore, odos pro odore apud Plantum po-  
natur. & Lasēs pro Laribus dictum Varro lib. 5. notauerit: cu-  
ius generis etiam sunt lœbesum pro liberum, quasere pro qua-  
rere apud Festum.

466.9. Obluionem fluium. ] τῆς λίθης ποταμὸν. Inter  
pres Lytham flumen, nescio quid secutus. Certe lectio nostra est  
genuina. Sic enim in Liuiana epitoma LV. legitur. D. Iunius

Lusitaniam urbium expugnationibus vsq; ad Oceanum perdomuit: & cum fluvium Oblivionem transire nollent, raptū signi fero signum ipse transtulit, & sic vt transgredierentur milites persuasit. Idem nomen est apud Florum lib. 2. cap. 17. & apud Liviū Oblivionis mentio 4.22. Apud Strabonem libro tertio menda insedit. Meminit huius rei. & hanc opinionem D. Bruti refert Tullius lib. 2. de Legibus. In fine questionis huius τὰρον pro τὰρον manifestum est legi debere.

467.20. Reparare aut instaurare. ] καὶ μήτε προσκωμῆν. Hoc verbum quī huc pertineat, non assequor, neq; tale quicquā habet interpres, qui resarcire vertit: an ex libro alio, & alia scriptura, an ex coniectura? Forte προσκωμῆν aut tale aliquid fuit. In questione quadragesima, 468.29. Aut alia quidē. ] τὸ δεῖον ἢ τὰ μὲν μόνον τῶ ἱερῶν legendum omnino est. nam tertiam causam afferi liquet. & ἢ particula omīssa totum locum confundi necesse est.

470.1. Hunc contra situs est. ] λέχεις, id est, oblique, πλάγιος. Loqui videtur de alicuius dei simulacro, cui Saturni imago opposita fuerit. λέχεις nihil significat, quod quidem recordari possum. & constructio non patitur hic verbum: neq; enim cum ἀνιέλετο cohereret. Sub finē prioris questionis Συλλάτοι malim Συλλῶι. Scribuntur enim Suilly. Mox pro Νουρδίας restituē Νουδίας. Non enim hanc vocē ignoravit Plutarchus. In problemate 44. pro εὐσεβῆς quin sit legendum ἀσεβῆς, dubitari non debet. male enim pietas cum periurio coniungitur. 471.5. Hortæ templum. ] ὄστας aspirate scribendum, cum ab hortando dicatur. Sed Antistichum Labeonem, nobilem rerum Romanarum scriptorem, in Antistichum Laconem librarius nimis rudis mutarat. vel ex Gellio potuit esse notus. vocem κλεινύειν non noui, sed plane suspicor eam pro ἐλινύειν obrepssisse. Quae autem de Hora ab hortando dicta referuntur, Graecanica sunt, neq; lingua Latina consentanea. quod bona cum venia Plutarchi dictum velim.

472.6. Vt Ateius. ] Legi enim ὡς Ἀτήιος. Scribebatur ῥήιος. ego Teium scriptorem nullū noui rerum Romanarum. nam nomen est Teius, non gentile (scripsisset enim ὁ ῥήιος) vt Anacreontis. Itaq; Ἀτήιος reposui. nam Ateius Capito, vt rerū Romanarum scriptor à Gellio (siue is Agellius est) citatur in non admodum absimili argumēto. 1. 12. qui hoc ipsum ex Fabio Pictore refert 10. 15. 472. 31. Quæstione duodequingagesima Cōsalia scripsi, non vt apud Varronem lib. 5. & alios legitur Consualia: Gracum secutus & analogiam. Sponsalia enim dicuntur, Vinalia, Vulcanalia, nō sponsualia, Vidualia, Vulcanalia. id obiter monere libuit. Quæst. prox. 472. 32. Ad puniendū factos. ]  $\omega\iota\upsilon\mu\omicron\iota$  δαίμονες: lego non  $\omega\omicron\nu\mu\omicron\iota$ , quod nihil significat, aut certe si significet, ad rē nihil facit. statim, Canum exuuiis. ]  $\delta\delta\ \chi\epsilon\ \nu\upsilon\gamma\ \chi\alpha\iota\ \nu\upsilon\gamma$  credo ex  $\kappa\upsilon\nu\omega\nu$  esse factum.

473. 6. Aut quia venuste boni. ] ἢ διὰ τὸ χενσὺς κομψῶς. Hic locus totus est deprauatus. adscribam quomodo emendem. ἢ διὰ τὸ χενσὺς κομψῶς λέγεσθαι τὰς τελευτῶντας, αἰνιτίζοντες διὰ τῆς εὐχῆς αἰώντου, &c. item  $\gamma\epsilon\gamma\epsilon\phi\theta\alpha\iota$  οἴσσι,  $\mu\epsilon\delta\epsilon\acute{\rho}\alpha$  χενσὺν  $\omega\iota\epsilon\iota\nu$ , &c. Me autem recte emendare, nihilq; temere mutare, cum ipsa loci sententia, tum quintum de rebus Gracis problema Plutarchi abunde demonstrant. κομψῶς autem, id est venuste ait lenia nomina rebus duris & abominandis imponi. quod genus ὁ  $\omega\kappa\omicron\chi\omicron\iota\sigma\mu\delta$  etiam in Solone exposuit, & nos mortuos, miserosve aut leprosos simili figura appellamus gutt. Itemq; apoplexiam. Hæc si considerasset interpres, rectius expressisset sententiam. Idem pro  $\mu\acute{\alpha}\nu\eta$  legit vt apparet  $\mu\acute{\omicron}\nu\eta$ , quod minime probo. Videtur autem ea esse, quæ apud Varronē lib. 8. & Macrobiū 1. 7. Satur. Larum mater dicitur, & à manando diserte Plutarchus deducit. In sequenti problemate.

473. 13. Ludis Capitolinis. ]  $\text{Ἰὺς Καπιτωλίους}$ , lectio est incongrua. Legendū  $\text{Ἰοὺς Καπιτωλίους}$ , aut sacra intelligas triū phalia, quib;  $\rho\acute{\omicron}\rho\alpha$  in Capitolium ducitur. Vide Plutar. Romulo, & Festum, aliosq; 27. Sp. Carbilio. ] Grammatico infra

questione LIX. Quod aut problemate LV. traditur aliquāto aliter est apud Lium lib. IX. In 57. questione post ῥομανάλιν de est συκῆν aut aliquid tale. historia est nota. In 62. φητὶ ἀλίον scriptum puto vt & alibi sexagesimatertia. 476. 17. Nisi in sacris seruire. ] βυλεῦεδαι δοκῶσι: omnino legendum est βυλεῦεδαι. Et in 65. 477. 1. Vbi etiam legitimis. ] Legendum pro νόμοις haud dubie νομίμοις. In 67. pro λῆτον credo scribendum λιτόν, quod publicū, vulgare, ideog. etiam μεταλήσει tenuē, exile, non magni precij significet. Alioqui λειτοργῆς scribi notum est, & de voce ληϊτὸς seu λειτὸς (leuth) Plutarchus alibi. abundat autem hic alterum ἐν πολλοῖς.

478. 8. Furcam. ] σῆεγμα. lege, non σῆεσα, quæ vox idem est quod βλίττει. Ego meæ emendationis autorem habeo Iulium Pollicem, libro Onomastici decimo, cap. XXXIV. Cum quo faciūt, quæ in Coriolano noster hac ipsa de re habet.

479. 2. Cum neq; victimam. ] εἰ μήτε ἱερεῖα. omnino scribi vult constructio, non μήτις: & pro πάρωσις. lego πάρωσις. Questione proxima, ἀποροπαῖν καὶ μειλίας, lego μειλίχιας quod est blanda. Sic & interpres. Sed quod ἐνελπίδος bis legitur, mendo non vacat. Quæst. LXXV. pro ἐπερώων vsum lingue & regulas secutus scribo περρώων, & genitiuum ζῶα in datiuum ζῶα muto. In questione 78. pro ἀφείναι malim ἐφείναι.

481. 19. Locum adsignari. ] ἔσσιαν. ne suspicari quidem possum in cuius vocis locum hoc monstrum surreperit. interpres omisit. Meminit moris huius Valerius Maximus lib. 2. cap. 3. inuitari prius, & post ne venirent orari consules scribens. Cæterum questio 81. sub finem plane mutila est. Questio. 83. ἐδοξεν ἀναρεῖδαι. Forte ἀνερέδαι. Res à Lio post Cænensem cladem exponitur Lib. XXII. sed aliquāto aliter. Interpres pro Butetio Verusium dedit, nescio quid secutus.

483. 27. Definiri non possunt. ] ἀδύνατόν ἐστιν lego. Causa, inquit, cur à media nocte diem inchoent Romani, hæc est, quod ab ortu & occasu solis commode id nequit fieri: quod quale sit,

le sit, deinde explicat. ἀδύνατον ergo recte legitur pro δυνατὸν, quod interpres retinens, sententiam Plutarchi vitiauit.

484.15. Flaminicam. ] vide A. Gellium lib. 10. cap. 15.

484.40. Spectaculis. ] Ἰθὺς. Spectacula, ut & interpres habet, & rationi est consentaneum, non θεὰς. Caterum sponse certare ausim legendum esse πολλάκις ἄλση, pro qua voce ἄλλα nullo sensu est submissa. Sex. Pompeius lib. 10. Lucar, inquit, appellatur as quod ex lucis captatur. Et ibidem de Lucaribus festis. In priore κείνῃ puto legi pro κείνῃ. nihil enim huc Cures, à quibus dictos Quirites aliqui putarunt. Quiritis Iuno apud Stephanum in κείνῃ legitur κενία: male nifallor. In proximo problemate, φρατέας scripsi pro φατέας. & puto legendum φρακαλίους, ex Varronis lib. 5. Fortasse qui suam curiam ignoraret, saltem fornacem suam nosse putabatur, quæ laus in prudentem non cadit. Fornacalia Festus quoque, aut ex eo Paulus habet, ut & stulorum serias. Quest. XC. μάνλι & repono. historia est notissima, & τυραννίδι, διδόν, erat si ommissum à librario παρῆχουσι non animaduertente. & de inter δεδιότες οὐ redde. Historia de filio Licynnij est apud Apollodorum libro bibliothecæ 2. & Pindarum Olympis. Minuta alia prætereo, & c. Questione tamen 98. pro ἀεσπκόντων mihi ex sensu loci persuasi legendum ἀεσπκόντων: quam formulam fortasse non intellexit librarius, ideoque corrupit. Quest. 101. βάλνῃς vnicò λ. legendum. Sed quid Empedoclis citetur, non intelligo: nisi ὁ ποκείμενον materiam Lune significat.

489.32. Vt Tiberium. ] ὡς τὸν βέρβριον. atqui nemo, puto, prænomen Verrij vnquam legit: neque si esset, duabus litteris scriberetur opinor. Interpres totum omisit. Ego pro βέρβριον, reponerē Τιτίειον. hoc enim prænomen ne cum Titio confunderetur, duabus litteris TI. scribi obseruatum est. Questione proxima, περὶ ἐλθεγὰς τῆς Βοιωτίας. interpres monstrose, quod pro Bœetiæ libertate pugnavit. Vide Strabonem lib. nono, vbi Plateas describit: & Stephanum περὶ πόλεων. Vide & infra

*quaestione Græca 39. Quaestione CXI. 491. 29.* Cum in morbo est. *Ἰεχομένους* legendum pro *Ἰεχομένους* sententia docet. & 492. 7. De tecto. *Ἰ ἀπὸ τοῦ ἐτέρας*, non *ὑπὸ*. quod satis ex *Pictoris* apud *Gellium* verbis constat Vincula per impluuium in regulas subduci, atq; inde foras in viam demitti. *Quaestione 112.* *ἔνα δένδρον* haud dubie significat vitem maritatum vel arboribus, vel etiam tabulatis, quo modo etiam *Græci* nonnulli interpretantur *Grammatici*. In noctibus *Atticis* error est loco iā ante citato. Propagines è vitibus altius subrentis non succidet. legendum è *Plutarcho*, succedet, neq; in solēs, præsertim in *Fabio* tam vetere scriptore, debet videri constructio verbi succedo cum accusatiuo: cum eam *Grammatici* doceant à præpositione, qua hic est sub, proficisci, quemadmodū villam prætereo, non villam eo dicimus: & tecta superuolare, non volitare. Sic *Liuius* de pugna ad *Trebiam*: Simul latebras eorum improuida præterlata est acies. & *Salustius*: *Dextra Adherbalem* adfuit, &c. *Μοχ Σάρον μὴ ὑπερβαίνειν*. quod ipsum ita planissime legitur 8. 7. *Symposiacorum*. in lib. de puerorum educatione est ζυγόν. Sed apparet diuersa esse symbola. vox scopas, κόρυμα significare fere *Grammaticis* dicitur. de allegoria hic non disputo. certe *Diogenes* non habet, & inter ea ipsa omisit, inter quæ *Plutarchus* loco *Symp.* citato memorat.

492. 38. *Bacchanalib.* aliisq; *Ἰοίς δὲ καὶ νυκτελίοις*. Interpretres, nocturnis sacris & *Bacchanalib.* fieri potest vt eadem vsus lectiqne ita tamen ex coniectura verterit. *Νυκτελίων* esse *Bacchum*, ne longius deducam, vel è *Virgiliano* potest dici *Culice*:

*Venit Nyctelium fugiens Cadmeis Agæue.*

Et inter nomina *Bacchi* *Νυκτελίου* est in libello de è *Delphico*. *Ἰοίς* cauda videtur esse alicuius vocis. de qua coniecturam ferre possem, sed infirmam. Viderint alij, & quid sit illud καὶ χαεῖν? *Hilares* interpretres, quid si legas ἀχαεῖν. *Ebriis*, qui pleni sunt vino facilius ignoscimus, quam garrulitate aut furiosa obturbatione importunitatem temulentorum vincuntibus. *Vbi* est οἱ

ταῖς ἀνθρώπων, omnino ñ est legendum. alia enim causa red-  
ditur, quod interpretem fefellit. Porro νεκρία ἐστὶν infra  
quæst. Græc. 37. memorantur.

## IN QVÆSTIONIBVS GRÆCIS.

495. II. Quippe à Deucalione. ] lege ἀτε γερωνέου legeba-  
tur ἄ. ratio mea emendationis plana. Superiore problemate  
deest lex qua citatur. quod & apud Demosthenem & alios saepe  
fit. ibid. τὸ γὰρ ἐννοεῖν καὶ πάτερον suspectum.

496. 39. Deinde Cirram obt. ] vitiose hæc leguntur. ἐν  
Διόν Κίρρη καὶ ἀβλεύσαντες, Οἶνοκλον τὸν βασιλέα, τὸ, &c.  
neg. sat is cõstat, quid legerit aut secutus sit interpres, erravit  
quidem certe. Lege meo periculo, Εἰν δὲ τῇ Κίρρη καὶ ἀβλεύσαν-  
τες Οἶνοκλον, &c. Tu vide infra questionem 26 & ibi reperies  
mea castigationis fundamentum. quanquam ibi Onoclus legi-  
tur pro Αἰών & παραύαιοι pro παραύαι ex Stephano. Ego  
meas coniecturas in versione sum secutus, deq. his lectorem o-  
biter monendum tamen putavi. Sed & illud εἰξάμενος καὶ  
ἐκ τὸ μὲν, cum vouisset sacrificium, insolens est eodem proble-  
mate. Expunge autem καὶ ante μετασφερόμενον: itaq. concin-  
nior est structura, quam si eo relicto legas μετασφερόμενον. Por-  
ro apud Hesychium per η̄ scribitur θαυηλὸς, ἀμνὸς. Hic sequen-  
te questione per ἰῶτα. Ibidem παρὰ εὐμαίων ] lege παρὶ ex con-  
suetudine Græca.

498. 9. A mai eiectus. ] ἐκ βραθέντα. Sic lego singulari nu-  
mero: nam quomodo mare Nessum eiecerit eo locorum, aut qui  
cadauer eius in mare peruenierit, vix video. & ἐρετριῶν metri  
causa scribo in versu Archyta, qui est Heroicus. Vocem concisam  
esse ex ἐρετριῶν, etiã Eustathius docuit. quid aut sit μάκων, ñ  
nescio: fortassis nomen est alicuius in Ozolis loci. Eustathius in  
Catalogum nauium annotauit Erannum olim urbem Phocidis,  
dictam deinde Cyparissum. Fuerunt autem vicini Phocensium  
Locri. Sed hæc alibi pertractabuntur.



499.23. Hyperæ fratrem. ] ὑπερῆς ἀδελφόν. nominatiuus masculinus Ὑπερῆς non fert hunc genitiuum. Ὑπερῆς legendum aut Ὑπερῆων. nā virum fuisse satis constat ex sequentibus. Et Stephano, vnde ὑπερῆτος legendum apparet. Quaestione vigesima ἐβδόμῳ τῆς lege, non τῷ. Quaestione vigesima secunda. 612.

500.21. Cothus & Aeclus. ] pro Arclo plane legendum est Aeclus. Id cum aliunde, tum ex septimo & decimo Strabonis libro liquet, huius initio, illo finiente.

500.35. Elafix. ] Ἐλάσιοι aut hic ἐλάσιοι, aut deinde ἐλασίος legendum apparet. μιξαρχαγῆτας autem lego, quasi semideū diceret. gentilitatis Argiua autorem, non tamen caelitem. ἀρχαγῆτης is est, hinc Apollo Archagetes apud Pausaniam in Atticis. De aliterio, &c. in libro de oraculis desit is, pag. 236. Et in fine de curiositate vide. hic locus videtur mancus, ταῦτα ἀληθῆς referri licet. Inde quaestione XXVI.

501.20. Circa Aethiciā. ] εἰς Αἰθακίαν. legebatur Αἰθακίαν. at supra quaest. 13. eadem de re legitur εἰς Αἰθίνας. Sed Et Stephanus de Urbibus Αἰθίαια scribit: ne alios citem. Rex Aenianū supra Oenoclus legitur. Οἶνοκλ. Fabula Tene satis est nota, etiam ex prouerbiis.

505.3. Filium Hippasum traderet. ] ἵππασον τὸν ἦδν. Locus hic corruptus est, mea coniectura sic legeretur commode, τὸν ἦδν διασπασάσθαι. κληθῆναι δὴ τὰς μ.α. αὐτῶν δυσειματῆντας ὑπὸ λ.κ. πένθους, φόλοῖς. αὐτὰς δὲ αἰολείας οἶονόλοας. κ. &c. Melius proferret, qui melius reperiet. interim integra omnia sumto pro Αῤῥσίονω lego Αῤῥσίονω, pro ἐλλυδίω ἐλλυδίω. Agrionia esse Bacchi sacrificium apparet, qui Agrionius in vita Antonij dicitur. Vide caput primum libri octavi symfiacorum. Quaestione 40. ἐτήρει. sensus vult ἐτήρειτο Ante quaest. 39. νομιζόμενός περὶ τὰς ἐλ. & θέρας. Et λέγεσθαι μὲν. lege pro τῆς Et λέγεται. ἔσχηκεν pro ἔσχημέναι.

509.36. Ab equiseas conscendi. ] τὰς ἐνόδας ἵππωνος. ἐνόδας omisit interpretes, Et quid sit, sane non cerno. 43. non est inte-

est integrū. & quid est μεσοπολις. In 45. pro μυλαέων lege meo periculo μυλασείων. Sed profectò satis fœdatur videtur 49. quæstio. Ego Zepatum istum Bitynorum accipio regem, & Thracæ putò Chalcedonijs auxilio fuisse. Res esto exposita omnium iudicio.

IN LIB. DE ORACVLO-  
rum defectu.

